ecclesie que omnes regenerauit per baptismum.ꝛ ideo Canonib⁹
non arctantur.ij.q.j.multi.vt ibi per eum latius.ergo idẽ dicẽdũ
in questione nostra scilicet vt iudei non includantur in.d.c.q̄q̄.de
vsu.quia omnes ille pene non possunt coniunctim adaptari iu-
deo:vt sepius est dictum ꝛ plene per consulentem nominatim tex.
in.d.c.q̄q̄.§.nullus.dum loquitur de testamento vsurarij mani-
festi.ꝛ prohibet vnicuiqȝ ne illorum testamẽtis intersit.Aut eos
ad confessionem admittat:siue ipsos absoluat non potest adapta
ri iudeo:in quo nõ cadit cõfessio sacramẽtalis.de qua ibi aut ab-

¶ Subscriptio ad idem ꝛ fuit domini Alex.de imo.

solutio vt de se ptȝ igit̃ non possit militare in iudeo feneratore.Et
hoc puto valde ponderandũ.s.ꝙ iudei quo ad editiones libri rõ-
num inducunt̃ sub cẽsura de qua in.d.cle.j.§.ceterũ.q꞉ etiam ꝯtra
iudeos cẽsuras exercet ecclesia.ꝛ tamẽ quo ad penã heresis de qua
in.§.fi.nõ includunt̃ q꞉ heresis nõ cadit proprie i iudeo vt vtriqȝ
determinat̃ per eosdẽ doc.in.d.cle.qui vt puto eadem ratione di-
xissent ꝙ cõfessio nõ dicitur denegabilis iudeo p ecclesiã nec abso-
lutio q꞉ quo ad penam spũalem ecclesia de illis nõ curat.vt no.xx-
viij.q.j.c.sepe scripsisse.dicit eñ Pau.de liaza.in.d.glo.super verbo
rationum.in fi.ꝛ ista bñ cõfirmant̃ ex his q̃.s.dixi allegando glo.
in.d.l.mancipia.ꝛ doc.ibi ꝛ in locis.s.allegatis.etiam ex eo quod
singulr̃ dicit Jo.an.in nouella.in.c.j.de homicid.lib.vj.ꝛ sup ver-
bo xp̄ianũ.ꝛ in.d.c.q̄q̄.in prin.dũ loquit̃ de eo qui vsuras non exi
git.facilius etiã in iudeo cadit censura ecclesiastica cuius effectus
temporalis ꝛ ad punitionem contumacie ponunt̃ in tex.c.querẽti.
de ver.sig.quã alie pene.de qbus in.d.c.q̄q̄.vt ptȝ sensato cuiqȝ ni
si fallit qꝺ facit ad dicta.s.pauloante.Facit etiaȝ ad predicta gl.
no.in.c.j.§.sane.sup ver.penuria.de statu reg.lib.vj.ꝛ ibi no.doc.di
ceret insuper fortasse aliqs etiã iudeum nõ feneratorem non posse
12 testari † q꞉ iudei facti sunt serui per mortẽ Christi.cap.ꝛ si iudeos.
de iudeis ergo tanq̃ serui sunt facti intestabiles.ꝛ potissime quia
oia iudeorũ bona de iure vident̃ confiscãda.vt in auť.gazaros.C.
de here.Hinc solet dici qꝺ princeps qui eorũ bonis est dñs potest il
los tanq̃ seruos vẽdere sm Arch.xlv.dist.c.qui sincere.ꝛ disputat
Old.consil.lxxxvj.copiosissime.Accedit qꝺ dicit Ludo.põta.in.l.
pactũ dotale.C.de colla.vbi sustentando Bart.in rub.ff.de ius.ꝛ
iu.s.ꝙ iudeus non possit hodie esse tutor xp̄iani assignat rationem
s.q꞉ bona iudeorũ debent publicari.vt.d.auť.s.de here.dum dicit
circũcisos ꝛc.Sed respondendũ est in primis ꝙ verbũ circuncisos
qꝺ reperit̃ in.d.auť.in aliquibus libris positũ nõ reperitur in cor-
pore vnde tracta fuit.d.auť.sm eundem Lud.ponta.in.l.multum
interest.ff.de verb.obli.vbi subdit ꝙ nõ ideo sunt bona iudeorum
publicanda scȝ q꞉ sint iudei.vt in.c.iudei.de iudeis reperi etiam di
ctum.d.Thomam doctorem senẽ.tenuisse in.l.si pluribus.de leg.
j.dicentem ꝙ iudei nec possunt nec debent spoliari bonis nisi cãm
cõmittãt.l.iudei.C.de iudeis.ad dictã auť.gazaros.rñdet ibi put
s.rñdit ponta.vel qꝺ ibi dũ dicit circũcisos loquit̃ de xp̄ianis qui
patiuntur se circũcidi quorũ bona publicant̃ q꞉ illa est spẽs here-
sis secus est in iudeis quos Canon.ꝛ illud multiplici ratione tole
rant vt in titulis de iudeis extra.ꝛ.j.quibus imperatores multa
clementissime condonarunt vt pulcherrime loquit̃ Goffre.in suis
libellis super constitutionibus christianis Ego etiam volui vide-
re tex.in corpore in vltima rub.libri.feudorũ.rub.de statutis cõtra
libertatem ecclesie.§.gazaros.vtrũ ibi esset verbum circũcisos.ꝛ in
multis libris non inueni lȝ in aliquibus inueniat̃.In effectu nõ in
sistẽdo in premissis que possent dilatari facile dico quod vbi chri-
stianis non imminet periculum nec scandalum sed iudei quiete vi
uunt papa nõ debet precipere nec suadere principibus quod talia
fiant vt per Old.in.d.consi.ꝛ Jo.and.in addi.in tit.de iudeis.ver.
vidi quedam solemnia scripta ꝛ eos spoliare bonis eoruȝ esset alie
num a clementia tolerantia ꝛ humanitati Canonum ꝛ legum nec
est consuetum nec iustum nec paterentur honesti principes. Solẽt
tamen iudei de consuetudine donare imperatori quando coronat̃
aliquid vt dicit glos.in.l.j.C.de auro coro.lib.x.argu.l.iudeorum.
C.de iudeis.¶ Cum igitur de consuetudine vt in princi.dixi testa
menta iudeorum rata sint tanq̃ facta ab habentibus potestateȝ
testandi quos intestabiles nõ reperi nec puto reperiri de iure ꝛ iu-
deos publicos feneratores non includat.d.c.q̄q̄.vt sepius est di-
ctum idem in effectu concludo quod.s.conclusum fuit supraścri-
ptum eximium ꝛ insignem consulentem quare de subscriptione re
quisitis. Laus deo ꝛc.

¶ Consilium ad idem.lxxij.

1 ¶ Dispositio.c.q̄q̄.an habeat locum in iudeis.
2 Lex mosis attenditur in causis iudeorum.

Domini redẽptoris nostri
inuocato suffragio.Super † premissa dubitatione sci
licet an dispositio.c.q̄q̄.de vsur.in.vj.quatenus inuali-
dat testamenta manifestorum vsurariorum locum sibi vendicet in
hebreis manifestis vsurarijs multum copiose ꝛ eleganter allega-
tum fuit per excellentissimos doctores senenses supra consulen-
tes mihi fratres honorandos adeo quod additione opus esse nõ
videretur: tamen ne ad rẽ ipsam incogitate accessisse videar etiaȝ
q꞉ vt prefati consulentes affirmantes passus iste non videtur repe
riri in specie a doctorib⁹ nostris scribẽtibus in iure tactus aliqua
ad confirmationẽ sue conclusionis breuiter subiungã.ꝛ in primis
dico ꝙ istã partẽ negatiuã sequi vr̃ Florianus de san.Pet.de bo-
no.i.l.fi.C.de iude.vbi qrit quid possint ordinarij locorũ ꝯ iudeos
ratiõe vsurarie prauitatis.ꝛ dicit ꝙ respectu pene que olim impo-
nebatur

[...]nebatur per.c.q: in oibus. z.c.preterea de vsu. s. quod priuent sepultura nec ad cõionẽ admittantur z excõicatione astringatur vsque ad condignam satisfactionem nil pñt q: nõ pñt excludi de corpore ecclesie qui nunquam intus fuerũt. z q: quo ad spũalia nil ad nos de his qui foris sunt. ij.q.j. multi. xxviij.q.j. sepe. z cum ibi notatis z.c. gaudemus. de diuor. idem dicit respectu pene. de qua in.c.j. de vsuris in vj. s. ne locentur hospitia. z etiã respectu pene de qua in.c. q̃q̃. de vsu. in. vj. z in cle. j eo. ti. talium enim penarum fm eũ sunt incapaces iudei: z iõ infert quod cõtra eorũ heredes non põt pcedi vigore illorum iurũ z subdit qõ bene puidit eccl̃a militãs contra iudeos fenerantes catholicis eo modo quo potuit. nam interdicit xpianis commertium iudeoz donec plene restituant vsuras. c. post miserabilem. z.c. quanto. de vsuris. sic z eodẽ mõ cõpellit eos ad soluendas decimas prediales. c. de terris. de decimis. ex his dicit ipe esse cõcludendum qcum iura aliter nõ disponãt non pñt ordinarii locorum inquietare iudeos nec hr̃des eorũ sup restõne vsurarũ z ista dicit esse notanda q: quotidiana cũ igit dispõ. d.c. q̃q̃. q̃ est lex canõica indacta sit ad restitutionem vsurarũ vt dicit Jo. an. ibi i pñ. in nouella non dz habere locũ quo ad iudeos. vt est de mente prefati doctoris. nec in propriis terminis reperio per alios specifice tactam hanc pncipalem dubitationẽ de quo qaerit. zfirmo alia rõne. nam vbi habemus legem mosaycã nõ debemus ab ea discedere quo ad actum celebrandum per iudeũ siue xpianũ. z solũ dz attẽdi ipsa lex mosayca. non autem lex humana nisi quatenus expssa lex humana prohiberet iudeis. ita plene zcludit Joan. cal. cõsi. x. sub rub. de consitõ. z in consi. xxx. sub rubrica. de testa vbi concludit qõ
2 †cum fm legẽ mosaycã filius masculus excludit ab intestato feminam vt habet numeri. xxvij. z papa z impator tolerent vt legẽ seruent. ergo scdm illam succedere. p hoc allegat. l. iudeos. C. de iude. ibi dum differentia amissim hacteũ. zc.

Consilium. lxxiij.

1 Rationem sue administrationis qui teneantur reddere.
2 Frater qui stat in cõi cum aliis fratribus et administrat tenetur reddere rationem. et in quibus stetur ipsius dicto.
3 Absolutio facta a redditione rationis nõ extenditur ad id quod dolo fuit retentum.
4 Contractus continentes liberationem debent stricte interpretari.
5 Administrator si non confecit librum rationum contra ipsum iuratur in litem.
6 Ratio redditionis rationis qualiter fiat.
7 Dolus presumptus et difficultas probationis vbi concurrunt defertur iuramentum in litem.
8 Pluralis locutio resoluit in suas singularitates. et na. 13.
9 Fratres si simul habitant et comunicant fructus hereditatis paterne non tamen ob id dicuntur socii omnium bonorum.
10 Debitum societati non compensatur cum vno ex sociis.
11 Verba contractus sunt interpretanda contra eum qui se in illis fundat.
12 Verba vniuersalia aliquando restringuntur.
14 Ratio equalitatis seruande quid operetur.
15 Verba nihil operari minus absurdum est quam extendi vltra solitum.
16 Verba debent deseruire menti: et scdm mentẽ ampliantur.
17 Societatis occasione factum societati imputatur.
18 Donare est perdere et est furoris species.
19 Donatio etiam inter fratres non presumitur.
20 Determinari equaliter debent que oratione eadem determinantur.
21 Precedentia declarant sequentia: et econtra.
22 Media talia presumuntur qualia probantur precedentia et sequentia.
23 Oppositum operatur in opposito id quod operatur propositum in proposito.

Consiliis nostris trinus deus optimus adsit: vt fas perpetuo sanctaque iura loquar. Circa primam huius consultationis dubitationem concludo quod dictus Petruspaulus tenetur reddere rationẽ administrationis bonoz maternorũ cõium inter ipsum z pfatum magistrum Joannem qm̃ regula generalis est q
1 †quicũqz alienam suscipit administrationem tenetur ad redditionem rõnis z reliqua iuxta illud euangeliũ redde rationem villicationis tue vt hr̃ luce. c. xvj. z in.c. qualr z qñ el. ij. extra de accu. z hic descendit quod tutor administrationis rationem reddere tenetur. l. j. in princi. z. §. de rationibus. ff. de tute. z rõni. distra. Ad idem etiam tenet curator vt in. l. aduersus z in. l. rationes. C. de admi. tuto. z ponit de vtroque Spec. in. ti. de iudici. in. iiij. parte. §. ij. ver. sequitur videre de actio. tutele. Idem etiam videm⁹ in negociorũ gestore qui obligatus ad redditionem rõnis z tenetur de mala z negligenti administratione vt est text. z ibi hoc notabiliter declarat barto. in. l. ib. ij. ff. de ne. ge. Idem etiã in pcuratore ad iudicia vel negocia vt h̃ hñtur in. l. si remunerandi z in. l. si procuratorem. §. j. ff. m̃ã z. multa alia similia enumerat Hosti. in sum. in ti. de obliga. ad ratiocinia. z in terminis
2 †de fratre qui existens in comuni cum fratrib⁹ administrauit. decidit Bal. in quodam suo cõsilio In noie dñi amẽ. Ad primũ vbi in vj. dubio concludit q tenetur de omnib⁹ reddere rationem taliter qualiter reddi potest. nam non de oibus testes haberi possunt. sz in quibusdam stat suo sacro. s. in modicis. Item etiã in nõ modicis si persone qualitas verisimilitudo z iudicis mens cum hoc cõcurrat argu. l. si quis p redemptore. C. de dona. z eius qõ not. in. l. si pñs. z in. l. in fundo. ff. de rei ven. Ad predicta accedat qõ consuluit insignis doctor Abbas Moder. in suo cõsi. xij. quod incipit Magnificus dñs Joannes vbi in. vj. dubio cõcludit qm̃ filius etiam tenet reddere rõnem de his q̃ viuente patre administrauit licet pr̃ redditionem rationis non petierit ar. l. cũ ops. ver. sed in hac spẽ. C. de bo. que lib. vbi spãliter statuitur in pr̃e qui administrat bona aduenticia filii quorum vsufruct⁹ sibi queritur vt nõ teneat reddere rõnẽ secus ergo in filio qui nõ facit suum vsufructũ lz hẽat liberam administrationem in bonis paternis. Ad idem adducit tex. per locuz a spãli in. d. l. cum ops. §. finalis res z quod hr̃ in. l. tres fratres. ff. de pac. z in. l. si soror. C. de collatio. dicit tamẽ se putare qõ nõ est exigẽda ita stricta ratio sicut ab extraneo. sed satis est qõ gñaliter ostenditur quantum in familia z in aliis stantibus verisimiliter potuit expendere vt latius per eum prefato cõsilio. z ad pdictã redditionẽ rationis tenet dictus Petruspaulus etiam si fuerit socius quomodocunqz zc. dictoz bonoz maternoz. qm̃ ratio zcracte societatis non eximit a redditione rõnis. qm̃ qũcunqz si sine calũnia administratio societatis petitur ipsa reuideri dz. ita decidit Bald. in rubri. C. pro so. ar. l. conditu. eo. tit. z sequitur Barto. de saly. Ille aũt tenetur q administrauit vt in. l. creditor. §. duob⁹. ff. mãd. administratio em̃ quecunqz regulr̃ reuisionem rõnis expostulat. vt in. d. l. j. §. offõ. ff. de tute. z rõ di. quem tex. doc. extendunt ad oẽs administratores e de fratre socio etiam decidit Ludo. ro. in suo consi. clxxij. al. cccciij. vbi plenius. quod incipit in xpi noie amen. circa primum quo q̃ritur in tertio dubio z lz Bar. in. l. mutius. ff. pro so. dicat societatis rõnem amicabiliter z de anno in annum reuidendã h̃ non prosequor q: satis est ad propositũ q teneat ad reuisionem rõnis. Nec habet obstare qõ dictus Petruspaulus fuerit liberatus a red-
3 ditione rõnis ab aliis eius fratribus † z sic videatur absolutus a dicta redditione rationis preterquã si aliquod dolo retinuisset vel subtraxisset prout not. Bartholus in. l. aurelio. §. gaius. ff. de liber. lega. z in. l. lucius. z ibi Barto. eodem titu. traditur in. l. tres fratres. ff. de pac. z in. l. actione. z. leg. sub pretextu. C. de transac. Ad idem glo. in. l. pomponius scribit in. si. ff. de neg. gest. sed ad hoc respondetur quod dictus Petruspaulus tm̃ fuit liberatus ab administratione bonorum cõim dictorum quatuor fratrum facta z gesta a morte quõdam eorum patris citra vsqz ad hodiernũ diem z etiam tpe vite eorũ pr̃is prout cantat instr̃m sed in casu nostro petitur redditio rationis administrationis bonoz cõium non dictorum quatuor fratrum tm̃ bonorum maternoz cõium inter dictos Petrumpaulum z magistrũ Joannẽ. z et sic de administratione diuersa ab ea a qua fuit liberatus cũ tm̃ fuerit liberat⁹ ab administratione bonoz cõium dictorum quatuor fratrũ vñ ex diuersis nõ fit illatio. l. naturaliter. §. nihil cõe. ff. de acquiren. pos. z in. l. papinianus exuli. ff. de mino. vnde cum hic casus sit omissus remanet in dispõne iuris cõis. l. si cum dotẽ. in pn. ff. so. ma. z in. l. si extrane⁹. ff. de
4 condi. ob cãm. debent † enim contract⁹ stricte interpretari nec aliquid extrinsecus subintelligi. l. quicqd astringẽde. z in. l. si stipulatus. §. grisogonus. ff. de ver. ob. z maxime qñ continent liberationẽ vel quietationẽ. iuxta no. in. l. si vnus. §. ante oĩa. z in. l. q in futurũ. §. si ex altera. ff. de pac. facit. l. cum aquilia. cum ibi no. ff. de transactionibus. Concluditur. ergo clare ex verbis dicte liberationis dictum Petrumpaulũ non esse liberatũ a redditione rõnis dicte administrationis bonorum mater. Ad qõ accedat q z si aliqua foret in verbis dubitatio que tñ non est in casu nro. tamẽ deberẽt interpretari contra Petrumpaulũ stipulatorẽ. z qui in illis se fundat. l. veteribus cum materia. ff. de pac. z. l. stipulatio ista. §. si quis insulam. cum ibi not. ff. de ver. ob. facit qõ statim dicam in sequenti dubitatione. Ex quibus concludit dñs Petrumpaulũ obligatũ esse ad redditionem rõnis administrationis bonorum maternorum inter ipsum et prefatum magistrum Joannem. z hoc per libros rõnum introit⁹. z etiã probando expensas vt supra. alias em̃ si non cõfecit legitime libros rationum de introitibus de redditibus. z de expensis. ad ista probandum defertur iuramentum in litem casus est valde no. in. d. l. j. §. officio. ff. de tute. z ratio. di. vbi notanter ad propositum dicunt Bartholus z Baldus not. quod tutor debet conficere librum rationum z pupillo reddere finita tutela. Ad idem. l. lucius. §. tutel. ff. de admi. tuto. z idem dicunt in quolibet alio administratore arg. l. si. §. inter cetera. ff. de libe. leg. z. l. si ita fuerit ver. in religio-

5 ff. de manu. testa. alias si hoc † nō facit tenetur ad interesse declarā
dum per iuramentum in litē quasi fuerit in psumpto dolo nō con
ficiendo librum rationum prout tenebatur arg. d. l. qui repertoriū. cū
ibi no. per Barto. & ita no. Jac. de are. in d. §. officio. qd Bald. re-
putat ibi notabile. qd ita presumātur contra illū qui nō facit codicē
rōnum sicut contra illū qui non facit inuentariū. & ita tenet Ray.
de for. facit. l. si quis cū falso. §. j. vbi tex. ff. de fal. Ad predicta opti
me accedit not. consilium. Pet. de anch. qd incipit in christi nomi-
6 ne amen. sordide & perniciose nimis vbi fortius dicit quod † debēt
in tali libro rationum sigillatim oia describi. vt ex tali fundo: et ta
li colono tm̄. & a tali tantū. & sic de singulis. Nec debet in genere & in
summam asserere se tantum expendisse. & se tm̄ recepisse. Istud em̄
non est reddere rationem allegat. l. cum seruus. ff. de cōdi. & de. dū
text. dicit vt computationes probe. an improbe referantur acce-
pta & data an non recte &c. sit enim sic vt specifice singula declara-
ta veritas & falsitas deprehendi potest. non sub nube & generali-
ter affirmando sic esse vel non esse. facit. l. argentarius. §. edi. ff. de
edendo. ita etiam tz Bar. in suo consilio incipiente cum pdicta qd ad
7 hoc allegat pfatus doctor in dicto consilio. pro hoc facit qr † si con-
currit dolus psumptus & difficultas probatiōis est loc⁹ delationi
iuramenti in litem vt est gl. cōiter approbata in. l. in actionibus. ff.
de in litem iurando. & sic opinio Bald. & domini Abba. in dictis
consilijs videtur procedere in his que geruntur inter fratres in
quibus difficilis est probatio per ipsum de mente ipsorum. quo ca
su quando difficilis est probatio ad coniecturas recurritur iux-
ta not. per Bart. in. l. in illa in vltimis verbis. ff. de ver. obli. facit
l. non omnis. §. a barbaris. ff. de re mili. & quod not. Bartholus. in
l. de pupillo. §. si quis ipsi pretori. ff. de no. ope. nunci. & quod no. gl.
quod ibi not. Zemi. in. c. j. de testi. li. vj. & quod no. in. l. si quis ex ar
gentarijs. §. pe. ff. de eden. cum si. & hoc quo ad primā. ¶ Circa se-
cundam dubitationem videbatur prima facie dicendum q dict⁹
magister Joannes diceretur cōicasse predicta lucra per eum quesi-
ta. Quod ex tribus videbatur ostendi. ¶ Primo per illa verba in
strī quod oia eorum debita & credita &c. qm̄ si oia credita sunt cō-
municata igitur credita dicti magistri Joannis censētur commu-
nicata ergo si magister Joannes habet pecunias penes tertias
personas de quibus hz instrm̄ proprio nomine vr̄ illa cōicasse. illa
enim dn̄r credita magistri Joannis qui secutus fuit fidem illaruz
personarum que sunt sibi debitrices iuxta text. & ibi plene not. i. l. j.
8 ff. si cer. pe. ¶ Scdo videtur confirmari ista conclusio qm † pluralis
locutio resoluitur in suas singularitates vt est casus & ibi Barto.
in. l. falsa. §. fi. ff. de cōdi. & demon. l. iij. §. j. de neg. ge. & no. Archi.
in. c. omnes. j. dist. & not. glo. in verbo per ipsos in cle. j. de renun. &
in. l. ij. §. ex actis. ff. de ori. iuris. cū si. igitur licet instrm̄ dicat quod
credita eorum sint cōia talis oratio resoluitur si eorum & cuiuslibet
ipsorum vel alicuius ipsorum & consequenter licet dicta bona sint
propria credita dicti magistri Joannis videtur cōicata. facit. l. lu-
cius. §. gayo. ff. ad tre. & quod no. in. c. lz. de pcu. & in. c. significauit.
de appellation. ¶ Tertio & vltimo hec pars confirmatur quia
si intelligamus de debitore & creditore non solum sīū sed cuiuslibet
vel alicuius ipsorum tunc res vr̄ clara. si autē intelligamus tm̄ de
debitore & creditore predictoz omniū simul. & sic de illis que prius
erant oium fratrum simul. tunc cōuentio nihil opabit qr et sine di
cta cōuentione erant cōia iuxta. l. oēs alienum cū se. ff. pro socio & i
l. j. §. si plures. ff. de exerci. & in. l. sed nec eius. ff. pro socio. verba au-
tem debent intelligi vt aliquid operentur. l. si quando. ff. de le. j. vbi
per Joan. de imo. & in. c. si papa. extra. de priuile. li. vj. immo nullū
verbum dz esse in contractu sine virtute aliquid operādi vt elegā-
ter declarat Bartho. in rub. C. de cōtrahen. emp. in. x. q. & per Bald. in
preludijs feu. & glos. in. c. mandatum. de rescrip. cum vulgaribus.
¶ Quid enīz opus erat occupare membranas. xix. di. si romanoz
ergo ad hoc vt vba aliquid operent intelligatur scdm pmum mo-
dum intelligendi. s. relatum. & h vltima ratio iudicio meo videbat
magis vrgere in contrarium. pp quam aliqua videtur induci dubi
tatio. ¶ His tamē non obstātibus ↄtiam snīam veriorem existimo
a qd immo dict⁹ magister Joānes nō cēseat cōicasse dicta lucra [a]. et
ita reperio sup hoc puncto esse cōsultum p pstantissimū iuriscōsultū
dn̄z aurelium de belencinis de mutina cuius cōsilij elegātissimi co-
pia est ad me transmissa. cōfirmādo eius cōclusionē pro fundamēto
9 presuppono. put in narratione psenti dr q † inter istos fres nō erat
societas omnium bonoz. lz simul habitarēt hrditatē pr̄nā pro indi
uiso cōiter retinerent & fruct⁹ hrditatis simul cōicarent & consume
rēt. & pbatur in. l. cū duob⁹ als icipit papinian⁹. §. si fres. & ibi pōlt
Bal. post Cy. ff. pro socio. & in. l. ex pte. §. fili⁹. ff. fam. her. tenēt. Old.
Bart. Bald. & alij in. l. titium & meuiuz. §. altero. ff. de admi. tuto. &
Bart. & Bal. & alij in. l. si patruus. C. cōia vtriusq iud. facit. l. lz. C.
de decu. li. x. & quod pōit Bal. in. c. si duo fres in cōi casu de fratri-
bus. de nouo bn̄ficio inuestitis in vsi. feu. immo dicit plerique nō da
ri societatem oium bonoz nisi expsse agat ptex. in. l. iij. iuncta glo.
in verbo spāliter. ff. pro socio. & in. d. l. cum duobus. §. idem. papinia

[a] ¶ Cōtrariū cōsuluit do. Alex. in ↄsi. xxvij. s. pri. alle. i. j. volu.

nus. ad idem gl. in vbo tutor bonorū insti. pro socio. in pn. & hoc ad
ducunt no. p Bart. in. d. §. altero. & clari⁹ in. d. l. si patruus. Sz hoc
nō prosequor. si ergo non erat inter eos societas omniū bonoz quō
cunq societas tacite int eos cōtracta fuisset ex quo dicta lucra nō
fuerunt cōicata quo ad illa non extēderet p ea q ponit Bart. in. l. i.
§. si quis hoc interdicto in. fi. ff. de iti. actuque priua. & sic relinquit
q circunscripto ↄtractu postea inito de quo. s. pdicta bona essent
propria dicti magistri Joānis insti. p quas personas nobis aquiri
tur. §. i. & in. l. cum opz. §. i. C. de bo. que libe. tradit plene. in. l. j. §. sed
nec castrēse per Bar. ff. de colla. & in. l. pe. & in fi. C. de colla. cum vul
garibus. ¶ Restat ergo videndū nunqd p dicta vba qd oia eorū
debita & credita sint & esse debeāt cōia &c. videantur cōicata dicta
lucra. & siue sequamur strictam vborū interptationez siue verā ↄhē
tium mentem ↄcludēdū est qd nō sequēdo strictā vboz interptatio
nem in primis ostēdit illam clarū est q alia diuersa & separata dicūt
debita et credita eoz fratrū alia diuersa & separata dicunt debita
& credita dicti magistri Joannis & cuiuslibet alterius fratris in p
ticulari. nam qd est debitū & creditū in cōi nō dr esse alicui⁹ ipsorū
in particulari & iō dicit notabilr Bal. ad propositū in. l. ei⁹. C. de ↄ
10 pensa. quod † si vnus ex socijs agit noīe societatis & sibi a debitore
opponatur cōpēsatio de eo q ipse dz in particulari talis oppositio
nō pcedit: & inter als rōnes assignat q id qd debetur societati nō
cōpensatur cum vno ex socijs. l. actionū. §. si cōis. ff. pro socio. Ergo
sequit quod diuersum est debitū siue creditū societatis a debito et
credito vnius ex socijs in pticulari. hoc etiā approbat ibi Bartho
lomeus de saly. clarius ad propositum vbi assignat rōnem qr ille
alienuz debitum ↄpensat non q debetur a societate cuius nomine
petitur. ille enim non petit vt sibi debitum vt singularis psona dz
ar. d. l. & l. sancimus eo. tit. Cum ergo dicti magister Joannes et
fratres tm̄ voluerint quod essent cōia debita & credita eorū in plu-
rali & cōi & non expresserunt de debita & credita eorum in particu-
lari. nō video quō in contractibus in quib⁹ stricta fieri dz interpre-
tatio. vt in. l. quicquid astringēdc. ff. de ver. obl. fieri debeat extensio
ad diuersam speciem debiti & crediti. cum in ↄtibus omissum loco
tpe & personis habeat pro omisso. l. triticum. & l. si stipulatus. §. gri
sogonus. ff. de ver. obli. l. de dic. & ibi glo. ff. qui satis. cog. l. si cum
dotem. in princip. ff. so. ma. & ideo in dubijs non est recedendum a
verbis. l. ille aut ille. §. cum in verbis. & l. non aliter. ff. de leg. iij. lib.
iij. §. igitur. ff. de exercitoria. & si hoc est in testamentis in quibus la
tior sit interpretatio. ergo fortius in contractibus. l. in testamentis
cum materia. ff. de. reg. iu & probatur vtrunque in. c. cum dilectus.
extra de dona. Si enim voluissent cōicare credita que spectabant
ad vnunquemq in particulari vtiq expressissent debita et credita
ipsorum & cuiuslibet ipsorum. l. vnica. §. sin autem ad deficientis.
C. de cadu. tol. Constat ergo aperte quod attenta stricta interpta
11 tione verboz dicta lucra nō cōphendunt. eo maxime qr vba † sunt
interpretanda ↄtra alios fratres qui fundant se in eis. vt not. glo.
communiter approbata in. l. veteribus. ff. de pac. & traditur i. l. stipu-
latio ista. §. in stipulationibus. ff. de verbo. obli. & Pau. de. cast. in
l. serui electione. §. fi. ff. de leg. j. vbi refert Bald. ita consuluisse & per
consequens non ob. vlūs omnia cum referat se ad debita & credita
eorum in cōmuni & non in particulari & quo ad ea stat in sua vtu
12 te ↄprehendit oia. nec est opus illam vlem restringere. licet † etiam
aliquando restrictionē patiat. vt in. l. inter oēs & ibi glo. & doc. ff. q
satis. cog. & in. l. i. cum glo. ff. de eo qd cer. loco. & quod no. Joā. an. &
do. An. in proe. gregoriano. & Bald. in. l. j. in. fi. C. communia. de
lega. & Barto. in. l. i. §. nunciatio. ff. de no. ope. nun. cum multis vul
13 garibus. Nec etiā obstat quod † pluralitas solet resolui in singu-
laritates suas quoniā illud pcedit si als non resolueret resultaret
absurdum traditur in. c. accepta. de appel. in. c. priuilegia. de priui.
et in. c. i. §. aut si libellario & ibi per Bald. qui. mo. feu. amit. quod
non resultat in casu nostro. immo potius resultaret si resolueretur.
¶ Preterea non geminat suas singularitates qn non est eadem
ratio vt declarat Bal. in. l. iubemus. §. sin autē. C. ad treb. Sed di-
uersa est ratio in debitis. & creditis in cōi quia illa debēt esse cōia. &
in acquisitis labor & industria ppria qr illa dn̄t esse precipua. am-
plius et pluralis locatio resoluitur in suas singularitates talis tm̄
cōditionis & nature qualis erāt sub ipsa plurali locatiōe ita dicit
Rapha. ful. Pau. de cast. & Mod. in. l. quamuis. C. de ipub. & alijs
substi. & ideo dicunt ad intellectum illius. l. q sub plurali locatione
substō vulgariter facta non comprehendebat pupillarē. ergo reso
luta in singularitates non comphēdit vnde ad propositū pluralis
locatio in casu nr̄o non ↄprehēdit credita precipua magistri Joā
nis sed tm̄ cōia omniū. igitur resoluta in suas singularitates nō de
14 bet illa comprehēdere † Itē resoluit nisi menoloquentis psumatur
in ↄtrariū rōne equalitatis seruande inter illos vt non cōsequatur
vnus plus ex persona alterius q econtra ita. dicunt Bal. & Bar.
de Saly. in. d. l. quamuis sz in casu nr̄o sine dubio resultaret maxi-
me inequalitas qr censeretur magister Joannes cōicasse suos la-
bores & suas vigilias. & tamen vt presupponitur talia nō cēseretur
sibi ab

sibi ab aliis cōicata. ꝛ ꝑdictā opi. Bal. ꝛ Sal. ꝛ glo. fi. in. l. hoc arg. ff.
de here. insti. facit ꝙ no. Bal. in. l. pe. l primo nota. ꝛ in pe. col. C. de im-
pu. ꝛ aliis substi. ꝛ Bar. in. l. scire debem⁹. in prīo no. ff. de ver. obl. Ac-
cedūt optime no. per Ang. imo. ꝛ Mod. in. l. qui rome. §. duo fratres.
ff. de ver. ob. vbi l3 qn̄ fideicōmissus est hincīde reciprocū. dubitaꝛ an p
verba generalia diuisionis vr̄ remissuz. qꝛ nō vr̄ de mēte alteri⁹ partis
tm̄ dare ꝛ nō accipere. vn̄ cū in casu n̄ro nihil hmōi recipiat magister
Joānes ꝛ fratrib⁹ nō dz cēseri eius mentē fuisse ꝑdicta lucra voluisse
cōicare. put etiā de eius mente demōstrabiꝛ latius infra. ¶ Postre-
mo ex quo pluralitas tota cōcurrit ad vnū effectū cōem nō dz in suas
resolui singularitates ar. ei⁹ qd̄ no. Jaco. bu. in. d. l. ꝙuis. ꝛ Bar. in. d.
l. falsa. in fi. ꝛ Bar. in. l. si seruus plurīū. i prin. ff. si qo cau. Nec me mo-
15 uet qd̄ verba alias nihil opareꝛ quoniā mun⁹ absurdū reputo qd̄ † verba
ba nihil operenꝛ quā qd̄ verba extendanꝛ vltra solitū significatū ꝛ ꝓ-
priū ꝛ donatio ꝑsumaꝛ. nā videm⁹ ꝙ poti⁹ verba ꝓmissiōis ꝛ stipula-
tionis sine cā cēsenꝛ nulla ꝙ ꝙ ꝑsumaꝛ cā donationis. vt in. l. ij. §. cir-
ca. ff. de doli excep. tradiꝛ in. l. a titio. ff. de ver. obl. ꝛ in. c. si cautio. de fi-
de instru. nūꝗ̄ eñ est ꝑsumēda donatio si aliter fieri pōt. l. cāpanus.
ff. de op. libe. ꝛ faciūt oīa que latissime ponunt Bar. ꝛ Mod. in. l. que
dotis. ff. so. ma. ¶ Preterea etiā dicta verba ꝓsūt multū operari tenen
do predictā conclusionē. fingamus enim ꝙ ob aliquā causam tāgentē
personā vnius tm̄ ad quē ipse solus erat obligatus oēs fres se obligas
sent vel etiā ob cām tangētem vnū tantū oēs fratres essent effecti credi
tores. ꝛ sic l3 debitū ꝛ creditū dicerētur cōia respectiue ad scd̄ā ꝑso-
nam ꝛ dicerenꝛ coīa debita ꝛ credita tn̄ iter ipsos nō dicerenꝛ cōia qꝛ
illa tm̄ credita ꝛ debita cōia que occasiōe societatis sunt cōtracta. l. cū
duobus. §. si qs ex sociis. ꝛ. l. si vnus ꝛ. §. si qd vnus ꝛ. l. sociū q in eo. l. si.
cū se. ff. pro so. ꝛ p bal. in tractatu de duobus fratrib⁹. ver. sed an stāte.
circa. fi. est eñ spāliter hoc statutū in societate oīm bonorū vt oīa cēseā
tur cōia. vt in. l. si societāt vniuersorū ꝛ in. d. l. cū duob⁹. §. si inter fres.
ꝛ in. §. sociū vniuersa iūcto. §. ꝑ ꝯtrium eo. ti. sec⁹ aūt est in aliis societati
bus vt dictū est. ꝛ tūc bn̄ verificabūꝛ illa verba nō recedēdo a ꝓpa iter
pretatione ꝛ multū operabūꝛ qꝛ debita ꝑdicta vt. s. ꝯsiderata. ꝛ credi
ta erūt effecta cōia iter eos q̄ prius nō erāt nec dabiꝛ repetitio actiōis
p so. vel negociorū gestorū. ꝓt etiā dicta cōuētio aliud opari ꝓut statī3
dicā. ex qbus ꝑꝫ ꝙ in pūcto iuris ꝛ in stricta disputatiōe nō recedendo
a verborū ꝓprietate ꝑdicta credita ꝑcipua prefati magistri Joannis
nō cēsenꝛ cōicata. si aūt velim⁹ cōsiderare mentē ꝯhētiū tn̄ nō violan-
do verba q̄ maxime est attēdēda. l. quotiēs. idē sermo. ꝛ ibi Bar. ff. de
16 reg. iu. l. cū mulier. ꝛ ibi Bar. so. ma. d. l. §. i. ꝛ ibi no. ff. de hr̄. insti. † mens
ti eñ dēt verba deseruire ꝛ non ꝯ. ꝛ id̄ sm̄ mentē ꝛ intētionē amplianꝛ
l. cū pr̄. §. dulcissimus. ff. de leg. ij. ꝛ ibi Bar. in. l. pr̄. §. fundū. ff. de lega.
iij. c. intelligentia. ꝛ. c. ꝑterea. extra de ver. sig. indubitāter ꝯcludēdū est
qd̄ nō cēsenꝛ lucra ꝑdicta cōicata. ꝛ vt mgr̄ notabiliꝛ Bal. i. l. multū
interest. C. si qs alteri vel sibi. ¶ Et ꝑsumptio sumiꝛ a priori ꝛ posteriori
ab his simul iūctis. ꝯsidero in p̄mis ꝙ antēq̄ pr̄ moreret dictus magr̄
Joānes dicta lucra retinuit vt ꝓpria ꝛ ꝑcipua nec illa cōicauit patri
cui magis afficiebaꝛ. Nec post mortē pr̄is illa per. x. annos qb⁹ stetit
cū fratribus cōicauit. vn̄ a tali ꝯsuetudine patrisfamilias sumitur pro
babilis ꝯiectura qd̄ noluerit illa cōicare. ar. eius qd̄ hr̄ in. l. vel vniuer-
sorū. ff. de pigno. act. ꝛ tex. in. §. seruos. insti. de rerum diui. ꝛ in. l. j. ff. de
tri. tri. ꝛ oleo lega. ꝛ in. l. labeo. ff. de suppel. leg. cū si. ꝛ hoc maxime cum
nihil reciperit a fratrib⁹ suis. ar. no. p Ang. imo. ꝛ Moder. in. d. l. qui
rome. §. duo fratres. facit qd̄ hr̄ l. l. ꝫ si lege. §. cōsuluit. ff. de petitio. hr̄.
ꝛ in. l. si nō fortē. §. libert⁹. ff. de ꝯdi. inde. confirmaꝛ hec opi. per ea que
gessit ꝛ conuenit cū fratrib⁹ magister Joānes ꝓut in dicto instro ꝯti-
nenꝛ. nā ipse simul cū fratrib⁹ suis consanguineis in p̄ma pte instri libe-
rat petrūpaulum fratrē sibi vtrinqꝫ ꝯiunctum a redditione rōnis oim
quatuor fratrū ꝛ tamē nō liberat ipsuꝫ ab administratiōe bonorū ma
tris dicti Petripauli ꝛ dicti magistri Joānis vt dictū est in p̄ma du
bitatione. si ergo non liberat eum a dicta administratione qd̄ minus
ꝙ tominus ꝑsumēdū est qd̄ voluerit eidē ꝑcipua cōicare qd̄ est plus. et
si hoc nō ꝑsumiꝛ fratri vtriqꝫ ꝯiūcto multominus fratrib⁹ ꝯsanguineis
tm̄ ar. an. multomagis. C. de sac. san. ec. ꝛ ar. stāte ab illa regula de qua
plus videꝛ inesse ꝛ nō iest ergo ꝛ de quo min⁹ vt tradiꝛ in. l. i. ff. si qs iu
di. nō ob. Cū ergo vsqꝫ ad diē ꝯfecti dicti istri nō cōicauerit. nō est cē-
sendū qd̄ voluerit ita vnico momento ꝑdere q̄si oēs suos sudores ꝛ la-
bores: fuit ergo intētio ꝯhētiū iudicio meo in p̄mis liberare Petrūpau
lū a dicta administratiōe bonorū oim quatuor fratrū. sed qꝛ dict⁹ ma
ior natu q administrauerat forte occasiōe bonorū cōiuꝫ ꝯtxerat plura
credita q̄ l3 nō essent cōia ꝯcta ꝑ eū in noie suo tn̄ veniebāt cōicāda iure
societatis. iuxta no. in. d. l. si patru⁹. C. cōia vtriusꝫ. iudi. ꝛ in. l. coiri. cum
multis sequētib⁹. ff. p so. ꝛ. l. cū duob⁹. §. cū duo. ꝛ. §. si fratres eod. tit.
Jdcirco appositū fuit ꝙ credita essent cōia. ꝛ id̄ diciꝛ i instro. Itē que
fuerūt cū dicto Petropaulo. sed qꝛ ēt aliqn̄ alij fres administrāt ꝛ hoc
idē poterat in aliis fratrib⁹ cōtigere idcirco subdiꝛ ꝛ oēs ipsi quatuor
fres simul ꝛ ꝓsūt dici dicta credita eorū ex quo veniebāt cōicāda. ar.
17 l. q actionē. ff. de reg. iu. operanꝛ ergo † dicta verba cōionē dictorū cre
ditorū ꝑ occasione societatis quo casu debēt ista societati imputari iu
xta no. p Bar. i. d. l. si patruus. ꝛ in. d. §. altero. ꝛ tradit Bal. notabi-

liter in. l. si paterno affectu in fin. C. de neg. gest. ꝛ notabiliter Lud. ro.
in suo ꝯsi. clix. ꝛ hec debita ꝑ dicta verba cēsenꝛ cōicata inter alios fra
tres ꝛ ēt si hmōi debita fuerūt ꝯcta ab aliis fratribus ꝛ ꝓsūt dici dicta
debita fratrū ex quo iter eos erāt cōicāda ampli⁹ etiā si aliqd Petrus-
paulus cōi noie gessisset ex quo ꝯtraxisset credita vel debita vel ēt aliā
eodē mō ꝯtxisset q̄ etiā poterāt eorū oim dici ex quo eorū noīa ꝯcta ꝛ il-
la rata hre poterāt vt ꝑ totū. ff. ꝛ. C. de neg. gest. ꝛ tn̄ illa nō dicebātur
cōia qꝛ iure societatis ꝛ fraternitatis nō poterat eos indistīcte obliga
re vt pꝫ ex not. in. d. §. altero. ꝛ in. d. l. si patruus. ꝛ in. l. iure societatis ꝛ
in. l. societatis. ꝛ in. l. omnes alienum. ff. pro so. vnde per dictā cōuentio
nē dicunꝛ effecta cōia. ꝛ hoc ēt ꝓbaꝛ ex verbis que immediate sequūꝛ
quib⁹ alij tres fratres ratificāt ꝛ approbāt quasdā alienatiōes ꝛ ꝓmis
siōes factas ꝑ dictū petrūpaulū ꝑ quē ēt ꝑcedētia declarātur. l. si seru⁹
plurīū. in fi. ꝛ. l. qui filia. in prin. ff. de leg. i. cū si. ꝛ sic pꝫ lippis ꝛ tōsorib⁹
qd̄ dicta verba plurimū operātur. igiꝛ nō debēt interꝑtari vt iste magr̄
Joannes videaꝛ voluisse donare cū vbi alia cōiectura sumi pōt nō est
18 presumēda donatio cū donare sit ꝑdere ꝛ spēs furoris: vt in. l. cū † de de-
19 bito. §. si filius. ff. d pac. ꝛ licet simus inter fratres † nō dz in dubio pre
sumi donatio nisi plurib⁹ cōcurrētib⁹ de qbus in. l. ꝓcula. ff. de ꝓba. et
ꝑ glo. i. l. libertis. §. manumissis. ff. de ali. rerū leg. ꝛ p Bart. ꝛ do. plenis-
sime in. l. q̄ dotis. ff. so. ma. ꝛ maxime vbi alia interpretatio recte fieri pōt
ad idē. l. elegāter. §. q reprobos. ff. de pig. act. imo aliqn̄ ꝑsumim⁹ poti⁹
rē a lege ꝓhibitā ꝙ donationē vt declarat Bal. no. in. l. fi. C. de do. ꝓ-
mi. ꝛ ꝓbaꝛ i. l. si tibi. in pn̄. cū ibi no. ff. de pa. facit tex. i. l. donatiōe. §. pe.
ff. de do. ꝛ. l. etiā. ꝛ qd̄ ibi. no. p Bar. C. de do iter vir. ꝛ vxo. ꝛ ꝓ certo si
cogitasset alij fres qd̄ magr̄. Johānes voluisset dicta n⁹ lucra i notabi
li summa cōicare ꝛ donare ꝛ hoc idē intellexisset magr̄ Joānes latius
fuissent ꝛ clarius verba concepta cum in aliis nō ita importantib⁹ fue
rint verba clare ita cōcepta vn̄ vel ipsi hoc nō intellexerūt: qd̄ credendū
est vel ei⁹ fratres voluerūt eū sub inuolucro verborū decipe. qbus dece-
ptionib⁹ ꝛ dolis bōi iudicis est obuiare. l. i. fūdo cū ma. fia. ff. de rei ven.
interꝑtenꝛ ergo dicta verba ꝓut. s. ¶ Pro h̄ facit. n. i in eadē oratiōe
ponitꝛ cōuentio inter Petrūpaulū ꝛ alios fratres. ꝛ inter fres omnes si
mul. ꝛ certū est qd̄ respectu prime cōuētiōis nō videnꝛ cōicata. nā ex quo
alij duo nihil ꝑcipui cōicauerūt p̄mo fratri. ita nec cēsendū est de magi
stro Joāne ergo eadē interꝑtatio est fiēda in alia cōuentiōe ad inuicē
20 ꝛ simul facta. q̄ oīa ꝓbanꝛ. qꝛ † qn̄ plura eadē orōne determinanꝛ de-
bēt pariter determinari vt in. l. aū hoc iu. cū ma. fia. ff. de vul. ꝛ pup. ꝛ l. i. in-
testō cū ibi no. C. de test. mili. ꝛ in. l. ꝙuis. C. de ipu. ꝛ aliis substi. tradiꝛ
in. l. talis scriptura. ff. de leg. i. ꝛ ꝯtra ēt inferꝛ ꝙ si respectu alioꝝ nō pōt
importare cōicationē ꝓpriorū lucrorū pariformiter dicta cōuētio non
dz importare dictā cōicationē i dicto magistro Joāne per dicta iura.
¶ Preterea cū agereꝛ de remissiōe rōnis administratiōis: qꝛ hoc tn̄ erat
agendū iter Petrūpaulū solū ꝛ alios. Jdcirco ꝛ alij tres fratres simul
conuenerūt sup ea cū Petropaulo. eodē modo cōueniens erat qd̄ cum
per alios nihil cōicareꝛ ꝛ hec cōicatio erat fiēda tn̄ inter magistrū Jo
annē ꝛ alios qd̄ facta fuisset cōuētio inter ipsū ꝛ alios qd̄ fuit omniūꝫ
igiꝛ ꝑsumēdū est ꝓpter hoc nō fecisse ar. l. vnice. §. sinaūt. ad deficiētis. C.
de cad. tol. ꝛ vr̄ casus omiss⁹. ꝛ ꝑ ꝯsis remanet in dispōne iuris cōis. l.
si cū dotē. in pnc. ꝛ in. l. si ꝓo. §. de viro. ff. so. ma. ¶ Postremo si tota se
ries ꝑdicti ꝯtractus inspiciaꝛ semꝑ cōstat qd̄ tn̄ ptes intellexerūt ꝯhe
re sup rebus cōibus ꝛ cōiter ad oēs ptinētes vt pꝫ in p̄ma pte in q̄ dz
qd̄ absoluūt dictū Petrūpaulū ab administratiōe bonoꝝ cōiuꝫ dictoꝝ
q̄tuor fratrū. Itē in scd̄o caplō vbi stat dubitatio voluūt qd̄ sint cōia de-
bita ꝛ credita eorū. ꝛ sic illa q̄ sunt eoꝝ in cōi ꝛ nō in ꝑticulari. Itē i ter-
tio caplō in quo approbāt alienatiōes factas ꝑ dictū Petrūpaulū ꝛ
ꝓmissiōes de alienādo de eoꝝ bonis immobilib⁹ ꝛc. ꝛ sic etiā loqꝛ de
bonis cōibus. Itē in q̄rto qd̄ ipse fuerit gubernator librorū rationum
debitorū ꝛ creditoꝝ dictoꝝ q̄tuor fratrū ꝛc. qd̄ possit debita ꝛ credita
describere in dictis libris. ꝛ sic semꝑ pꝫ qd̄ in ꝑcedentib⁹ ꝛ sequētibus
cantāt cōuentiōes de rebus ptinentib⁹ cōiter ad oēs vn̄ succedit regu-
21 la ꝙ † ꝑcedētia declarāt sequētia. ꝛ ecōtra. d. l. si seruus plurīū. ꝛ. l. fi. §.
cum dulcis. ff. de vino tri. ꝛ oleo leg. ꝛ. l. cū testō. §. fi. ff. de here. inst. ꝛ. l. qui
non militabat. §. a. eo. ti. ꝛ per Bart. in. l. fin. in fi. ff. ad treb. accedat alia
22 regula que hꝫ † ꝙ talia presumuntur media qualia ꝓbantur precedē-
tia ꝛ sequentia vt per Bart. not. in. l. celsus. ff. de vsucapio. Accedat ad
predicta nā si qs simpliciter cōicasset credita sua in tali cōicatiōe nō
venirent illa q̄ essent sua ꝛ alteri⁹ vt ꝓbaꝛ in. l. hoc legatum. ff. de le. iij.
tradit Bal. in. l. ritie textores. ff. de le. i. ꝛ Ange. ꝛ Mod. in. l. ij. in princ.
ff. de ver. ob. ergo idē dicendū in casu econtra quod si cōuentum est qd̄
credita ipsoꝝ sunt cōia ꝛ sic illa que sunt sua ꝛ alteri⁹ nō veniāt illa q̄
23 sunt simpliciter sua. quia ꝙ † operatur ꝓpositū in ꝓposito operatur op-
positum in opposito. l. si vt proponis. C. de nup. l. si ex toto. ff. de lega. i.
xxxv. di. hospitiolum. rectum eñ sui iudex est ꝛ obliqui vt relinqt Ari-
stoteles in primo topicorum. facit tex. in. l. cum vir. ff. de condit. ꝛ de.
vbi fit mentio de filijs inter virum ꝛ vxorem. ꝛ intelligiꝛ de filijs cōib⁹.
faciunt in simili not. in. l. etiā in princi. ff. so. ma. ꝛ sic ex omnib⁹ ꝑdictis
videꝛ vera conclusio qd̄ nō cēseanꝛ dicta lucra cōicata. Et ꝯtrm̄ asserere
esset heresis in iure nostro. ¶ Nec me mouet iuramētū qꝛ intelligiꝛ sm̄
natū ꝯtus vt in. l. fi. ff. q satis. co. ꝛ in. l. fi. C. de non nu. pe. cum vtrobiqꝫ

plene no. licet etiã iuramentum operetur q circa pmissa qs efficaci⁹ teneatur vt in.c.ad nostrã. z l.c.cũ cõtingat de iureiu. z in au. sacra puberũ. C. si aduer. vẽ. non tñ operatur q qs in plus q̃ promissũ z teneatur vt l di. cũs iurib⁹ p hoc tex. sing. quẽ ibi in simili põderãt Imo. z Pau. de ca. in. l. miles. §. decem. ff. de re iu. Laus deo.

¶ Casus talis est. castrũ collechij in ptib⁹ maritie antiqs tpibus omnẽ habebat iurisdictionẽ: nec cõitati senaꝝ aliquo mõ subditũ erat: demũ titu. emptionis z venditionis deuenit ad man⁹ quorũdã ciuiũ ciuitatis senaꝝ q de ãno dñi. Mcccxliij. submiserũt dictũ castrũ collechij cũ oibus pertinentijs suis ad faciẽdũ guerrã z pacẽ ad volũtatẽ cõis senaꝝ totiẽs quotiẽs placuerit dicto cõi itellecta volũtate dicti cõis ꝛc. Itẽ pmiserũt recipere i dicta terra collechij gẽtẽ dicti cõis armatã seu inermẽ ꝛc. Itẽ dare certã tractã noie cẽsus quolibet anno ꝛc. Itẽ dare dcõ cõi custodiã turris dicte tre collechij. z soluere expẽsas custodie ꝛc. Itẽ non vendere vel alienare dictã terrã collechij nisi prius reqsito cõi senarũ liceat pdictis dñis vendere vel alienare dictã terrã illis qb⁹ placuerit ꝛc. Itẽ pmiserũt tenere in exercitu cõis senarũ tres famulos armigeros quolibet anno. z vice versa cõitas senaꝝ pmisit dcis dñis eos z dictã terrã recipe sub dicti cõis ptectiõe z defensa. z ptegere z defẽsare dictã eoꝝ terrã collechij eiusqz curiã z districtũ z eoꝝ res z bona z ipos z dictã eoꝝ trã z districtũ z eoꝝ res z bõa sub ptectiõe dicti cõis admisit totalr z suscepit z pmisit dicta cõitas senarũ ipos z ea z qlibet eoꝝ defendere ac tueri ab oi z q̃cũqz iniuria z offensa reali z psonali q̃ in posteꝝ fieret eis aut alicui eoꝝ in ipsa terra collechij aut ei⁹ districtu aut eoꝝ alteri⁹ ipsoꝝ reb⁹ z bonis put de pdictis pꝫ publicum instr̃z. Nũc vero in p̃sentiaꝝ inter ipsos ciues dños castri collechij z cõitatẽ senaꝝ trina orit̃ dubitatio. ¶ Prima est qꝛ cõitas vult q pdicti dñi soluãt qnqz p cẽtenario z hoc vigore reformatiõis cõis senaꝝ que vult q qcũqz siue ciuis siue comitatiu⁹ siue persona pticularis siue cõitas vẽdiderit ppla pascua qd soluat qnqz p cẽtenario. Itẽ dcã cõitas vult q dicti dñi qñ extrahũt frumẽtũ dicti collechij p portũ dicti collechij soluant tractã sicut faciũt ceteri extrahẽtes frumẽtũ de aliis portib⁹. ex vero dicti dñi dicũt se ad pdicta nõ eẽ obligatos z qd dictũ castrũ cũ ei⁹ curia est liberũ p̃terq̃ quo ad cõtẽta in capitulis submissiõis ad q̃ solũ z dũtaxat dicũt se esse obligatos z nõ ad alia: z p ɔ̃ns se nõ teneri ad pdicta z qd ita semp eis obseruatũ fuit. ¶ Scda dubitatio ẽ qꝛ cõitas senaꝝ vult pdictos ciues dños allibrare seu eis p̃stãtias z collectas imponere p bonis z reb⁹ q̃ z q̃s hñt in castro z curia collechij z ex pdicti dñi dicũt hoc minime fieri posse qꝛ dicta bona sunt exẽpta p̃terq̃ in ɔ̃tẽtis in dictis capitulis submissionis. ¶ Tertia dubitatio est qꝛ cõitas vult qd qñ pdicti ciues dñi fidãt eoꝝ bestias i pascuis cõis senaꝝ. z demũ finita fide volũt extrahere de comitatu qd soluãt tractã sicut faciũt ceteri ciues ipi v̄o dicũt qd nõ tenẽt soluere qꝛ ex quo eoꝝ bestie nõ stãt in t̃ritorio s; in loco exẽpto vꝫ in curia collechij dꝫ de eis iudicari vt de bestiis forensib⁹ q̃ sublata fide nõ soluunt tractã aliquam. ¶ Unde stantibus predictis. queritur quid iuris.

¶ Consilium. lxxiiij.

1 Municipes tenentur seruare statuta ciuitatis cui subsunt.
2 Iurisdictio coheret territorio.
3 Solutio census probat quasi possessionem subiectiõis z nume. 14. z. 15.
4 Minus concessum esse videtur vbi maius conceditur.
5 Statutum transit in contractum.
6 Uoluntas ex verbis colligitur.
7 Submissio protectionis non tribuit iurisditionem.
9 Prescriptio in vna re non extenditur ad reliqua.
9 Genitiuus in materia stricta significat dominium.
10 Districtus vnde dicatur.
11 Statutum generaliter loquẽs non extẽditur ad psonas z loca exẽpta.
12 Superior tollere non põt inita per viam contractus.
13 Legem condere est iuriditionis.
16 Concessio partis non arguit concessionem totalitatis.
17 Statuendi potestas in subdito non arctatur territorio.
18 Statutum priuatiuũ odiosuꝫ nõ extẽdit̃ ad bona existẽtia ex t̃ritoriũ.
19 Conuentio quam superior subdito seruare debet que sit.
20 Mutari non potest quod tolli nec minui potest.
21 Libra potest imponi subditis pro bonis eorum.
22 Extraneus z persona exẽpta equiparantur.

1 eum refert Imo. ibi in. vij. membro principali q † iuramentum ex cludit nullitatem causata ex ca de psenti fm tepus iuramenti qr iuramentum referf ad illud tps: secus si nullitas resultet ex causa superueniete ex post facto. vt propter insinuatione no facta vel ga bella no soluta ex forma statuti annullantis actum ex postfacto. z ide sequitur ibi Imo. fm que. d. Ant. hoc limitat nisi in statuto loquente de insinuatione esset renunciatu cu iuramento quod tuc donator no posset venire cotra donatione nec etia eius heredes vt ibi latius per eu que sequit Imo. z hanc parte tenuit etia Ang. in. l. pe. C. de dona. z est tutior pro ala ideo vr amplectenda. ar. l. si cut persona. ff. de religio. z su. fune. z. c. iuuenis de spon. cum si. z qr videtur magis cois opi. fere omniu canonistraru quibus ma gis est credendu in materia canonistali: ar. l. veteru. ix. dist. put est materia iuramenti in qua sunt attededi canones etiam in foro ci uili. d. l. licet mulieres. z maxime qr lz iuramentu firmet contra ctum regulr a iure reprobatu si seruari potest sine dispendio salu tis eterne no est dispositu de iure ciuili imo de iure ciuili generali ter est cotrarium preterq in casu dicte autentice sacra puberu. put ibi doc. coiter tenent sed est inductum p iura canonica superius allegata. Ideo circa interpretationem illorum iurium sup qbus magis versantur canoniste videtur magis credendu ipsis canoni stis z ideo hec pars vr in decisiuis tenenda z ita als tenui hoc ano cosulendo z etia legedo dicta auf. sacra pubez. z vidi als hoc esse consultum no obstantibus in zriu adductis que vere no obstat. C Non enim obstat primu qr negatur q hmoi iuramentum sit indiscretu z etia negat q donatio censeat magna lesio. na ad no bilitate codonatio spectat. c. i. de dona z liberalitas q comuniter versatur in donado ascribit inter virtutes z insup lesio no ipedit vim iuramenti dummodo no includat dolu vel faciat cessare co sensum vt pbat apte in. c. i. z in. c. debitores de iureiur. z in. d. c. significante vbi iurans soluere vsuras arctatur ad soluedum per iuramentu. ad hoc etia q not. glo. z doc. in. c. fi. de emp. z ven. z
12 q habet. in. l. ij. C. de rescin. ven. † a vbi iurans seruare cotractu
a no hz beneficium. d. l. ij. lz ledatur vltra dimidia iusti precij. ideo iu ramentum rone lesionis no est indiscretu. indiscretu aut videtur esse quado emanat sine iudicio intellectus puta amete capto vel

impubere

impubere forte nō doli capace. vt dicit Jmo. in. d. c. cū contingat vel dicamus qđ dʒ esse discretū q2 ex cā ↄ cum deliberatione dʒ p̄stari adeo qđ iurans sine cā est in culpa. d. c. ↄ si christ⁹. de iureiu. et ideo largo mō dr periuriū dicto canone aladuertēdū tñ est seruandū q2 lʒ malū fuerit iurare sine cā tñ iuramentū est seruandū prout sumitur ex dictis doctorum ↄ maxime in. d. c. ↄ si Christus ¶ Nec obstat scđa ratio adducta in ↄtrariū q2 dicta regula qđ vna via ↄc. nō vēdicat sibi locū vbi interuenit iuramētū validat cōtractū alš inualidū. d. c. cū ↄtingat. ↄ. d. auf. sacra puberū. ↄ. d. c. ꝙuis prout ↄ ridet Jmo. in. d. c. cū cōtingat. Preterea illa regula militat in actu simplr prohibito q2 nō dʒ per viā indirectā cōcedi lʒ in casu nostro donatio nō est prohibita sʒ inefficax sine virtute insinuationis: ideo nō sequitur simplex donatio q2 est inefficax. Ergo etiā iuuata robore iuramēn nō est efficax prout alš nō infert pupill⁹ nō obligaf. ergo adita autoritate tutoris vel decreto iudicis nō obligaf. Jtē testm̄ regulr sine debito solēnitate nō valet. l. hac consultissima. C. de testamētis. cū si. Tñ iuuata pñtia principis valet. l. oim. C. de testamētis. ↄ facit. c. j. de trāsa. nec est elusoria dispō q̄ prouidet solū eo casu vbi nō interuenit iuramētum. ↄ lʒ dispositio secularis de facili possit eludi per appositionē iuramēti nō propterea recedif a virtute iuramēti. nam pariter possemus idē dicere in terminis. d. c. cū contingat. ↄ. d. c. ꝙuis q2 ↄtra dispositio iuris ciuilis de facili reddif elusoria. ↄ tamē id nō attēditur per dicta iura merito nec attendaf in casu nostro. ↄ in sup satis est amico in aliquibus prouideri. vt. l. victori. C. de ne. gest. ¶ Nec ob. tertiū q2 lʒ sit suspecta donatio non insinuata tñ ista suspitio nō est attendenda p no. p gl. in. c. si vero de iureiur. ↄ d. c. ꝙuis lʒ eni inducta sit solēnitas insinuatiōis ne def occasio malignādi ↄ cōmittēdi fraudes nō tñ sequif qđ cū insinuatione fraudes adsint ideo nō tollif virtus iuramēti ↄ maxime q2 dicta rō fraudis in vna donatione mille aureorū pariter se hʒ ad centū vel ad quingentos prout ad residuū ↄ tñ ex forma iuris cōis vitiaf solū id qđ excedit legitimā summā. d. l. sancimus. ↄ prout supra dictū est. merito pʒ qđ illa suspitio fraudis nō est p̄cisa nec est p̄sumptio fraudis lʒ sit suspitio: ideo nō dʒ venire ↄ̄ iuramentū qđ certū est de se malū ꝓpter suspitionē fraudis cū fraus sit in certa iuxta illud euangeliū tene certū ↄ dimitte incertū ↄ de duobus malis minus malū est eligēdum. l. j. ↄ. q. de carboniano edicto l canone duo mala. xiij. dist. ¶ Nec ob. quartū argumētū q2 dicta ratio nō consideratur in iuramēto. vt pʒ l. d. auf. sacra puberū. ↄ in. d. c. ꝙuis. ↄ in. d. c. cum cōtingat. prout dicit Jmo. ibi sic ↄ alias si q̄ cōfitef se recepisse mutuū celetur intra biennium cōfiteris spe future numerationis. ideo datur sibi exceptio nō nūerate pe. C. de nō nu. pe. quasi per totū. Que ↄpetit ēt si renūciaf exceptioni nō numerate pecunie ea ratione q2 ea facilitate qua inducif quis ad cōfitendū inducif ad renunciādū prout volunt Rico. de mata. Pet. Cyn. ↄ Bal. in. l. si ex cautiōe co. ti. ↄ Bar. ↄ Ang. l. l. si. co. ti. tñ secus est si renūciatio sit iuuata iuramento prout volunt Bar. ↄ Ang. in. d. l. si. ↄ Jmo. in. d. c. cū contingat. in. vij. membro principali. xlij. charta. ↄ iñ pōt ibi ꝓbabilr dici q

13 † ea facilitate qua inducif ad confitendū ↄ renūciandū inducif ad iurandū ↄ nihilominus iuramentum firmat renunciationem alš inualidā: ideo dicta rō nō cōsideratur quo ad iuramentū vt pʒ ex predictis. ¶ Nec ob. v. argumentū in contrariū adductuʒ q2 si qua est publica vtilitas pub'ica secūdario nō p̄ncipalr q̄ vtilitas publica secūdario nō impedit iuramētū firmare ↄtrū ꝓut euidenter apperet in. d. c. cū contingat iuncta. l. j. ff. so. ma. cū si. ↄ idē possem⁹ dicere in terminis. d auf. sacra puberū. ↄ. d. c. ꝙuis q2 interest reipub. qđ minores vel filie nō male vtātur corū substantia ↄ nihilomin⁹ id nō intēdif ad impediendū virtutē iuramēti vt in eis pʒ ↄ qđ scđaria publica vtilitas nō ↄsideref in hac materia iuramēti firmat Bar. in. d. l. si qs p eo. ↄ doc. cōiter oēs ibi in d. c. cū contingat. ↄ in silibus iuribus. s. adductis. ↄfiat eni quod istud respicit principaliter cōmodū priuatū q2 si incōmodū afficeret principaliter preiudicaret facit l. ij. in si. ↄ qđ ibi per Bar. ff. ad municipales. ↄ que notātur in. l. j. §. si. ff. de libe. lega. ↄ. l. si cui leges. §. si. de leg. j. ¶ Nec ob. sextū argumentū in cōtrariū quia nō sequitur nō pōt renūciari sine iuramento ergo iuramentū nihil opatur. Nā ↄ in terminis dicte auf. sacra puberū. nō posset pubes renūciare solennitati decreti iudicis vel autoritati curatoris ↄ tamen iuramentū validat ↄtrū silr l terminis. d. c. cū cōtingat. ↄ. d. c. ꝙuis renūciatio nō validaret ↄtrū. ↄ tñ iuramentū validat ad hoc etiā dicta supra proxime circa renūciationē exceptionis nō numeratē pecunie iurata vel nō iurata. ¶ Nec obstat septimū argumētū: q2 negari pōt hāc solēnitatē esse inductā in odiū donatarij. Nō eni donatarius meretur esse odio legi. Nec lex apparet id induxisse in odiū donatarij. nec sequif solennitas est inducta vt fraudes cessent ↄ ob eam cām actus annullatur ergo id disponitur in odium. Nā videmus qđ solēnitas. vij. vel. vij. numero testium in vltimis volūtatibus est inducta vt fraudes cessent. vt. l. hac ↄsultissima. C. q testa. face. pos. ↄ. l. si. C. de fidei. Et tamē nemo diceret eā solēnitatē esse inductā in odium alicuius. Jdeo silr negari pōt nullitatē resultantē ex defectu insinuationis esse inductā in odiū donatarij non insinuātis: silr ↄ senatuscōsultum velleianū vr inductū ne mulieres decipiātur ar. l. j. ↄ. l. ij. §. verba. ibi deceptis ↄ nō decipiētibus opitulatur. ff. ad velleianum. ↄ tñ cōstat illud senatuscōsultū esse inductū in fauorem mulierum. ꝓbaf in. l. qui exceptionem. ff. de cōdi. inde. Accedat ad p̄dicta qđ no. Jo. and. in addi. Specu. in tit. de instru. edi. §. porro in addi. magnis in qōne vtrū renunciari possit insinuationi ¶ Nec obst. octauū argumentū adductū in ↄtrium dr q2 Bar. loquitur in solēnitate ꝓbatoria vel formali. insinuatio autē non est solennitas probatoria vel formalis ideo nō obst. quinimo non est proprie solennitas. dicit Bal. in. l. vnica. §. vbi autē legatarij. C. de cad. tol. sed est quedā cōfirmatio. dicit idē Bal. in. l. si. C. de don. propter nup. ¶ Nec ob. nouum argumentū formatū in ↄtrū q2 negari pt ↄ negandū est qđ illa tria cessent in casu nrō. constat eni qđ ꝑsona est habilis ad donādū. item gñalis forma pōt dici esse adhibita. non enim oia reqsita etiā si alias actus de se non valeat dicuntur esse de forma adeo qđ actus nō firmetur iuramento vt pʒ in terminis dicte auf. sacra puberū. vbi lʒ deficiat decretum iudicis qđ alš requiritur in alienatione bonorū minoris. l. j. ↄ quasi per totū ff. de rebus eorū. ↄ. l. j. ↄ. ij. ↄ quasi per totū. C. de predijs minorū ↄ in titulis sequētibus. ↄ tñ ea cessante alienatio facta per minorē iuuatur iuramento vt. d. auf. sacra puberū. ↄ silr requiritur autoritas tutoris. ↄ tñ ea cessante validatur alienatio vt ibidem ↄ insuper non est res prohibita. non enim prohibetur alienatio donationis si nō insinuatur sed iniungitur donanti vel donatario qđ insinuetur alš redditur donatio nulla. ↄ ideo dicta tria videntur concurrere insuper ↄ si ꝓhiberetur nō esset expeditū q̄ non iuuaretur iuramento. nam lex iulia. prohibet alienationē fundi dotalis l. vnica. §. ↄ cum lex. C. de rei vxo. acti. ↄ tamen alienatio fundi dotalis iuuatur iuramento in. d. c. cū contingat. itē fund⁹ minorū ꝓhibetur alienari. l. nō solū. C. de p̄dijs minorū nō alie. ibi alienare prohibētur. ↄ. l. p̄dia. ibi ꝓpter iuris interdictū eo. tit. ↄ. l. j. in prin. ff. eo. ti. ↄ facit. l. ↄ si is ibi ↄ̄ diuiseueri orationem factā ↄ tex. rubrice eo. tit. ↄ tñ alienatio vitiatur iuramēto. d. authē. sacra puberū tō pōt dici qđ illud dictū Bal. nō ꝓcedit saltē qñ verba ꝓhibitionis nō dirigerētur in ꝑsonā. ↄ si ꝓcederet de iure ciuili prout ipse Bal. allegat iura ciuilia sm̄ que iura ciuilia iuramentum regulariter non validat actus a iure reprobatos vt ↄ supra dictuʒ

14 est. nō autem ꝓcederet de iure canonico † qđ ius canonicū in materia iuramenti est seruandū etiam in foro seculari ↄ in terris imperij. d. c. licet mulieres ↄ hr̄ in. c. venerabilem de elec. ↄ in. c. fin. de foro competē. lib. vj. ↄ facit quod no. per gl. in. c. ij. de arbi. eodem libro. ↄ in. c. ij. de regulis iuris eodem libro. ¶ Nec obstat autoritas in ↄtrium adducta q2 ex p̄dictis vr posse dici quod nō benelo-

a quātur ↄ q̄ sic stādum autoritatibus cōtrarijs tanq̄ iuuatis efficacioribus rōnib⁹ ↄ iurib⁹ vel dicamus pro concordia ᵃ opi. quod aut donans simpliciter iurauit seruare donationē non facta mētione insinuationis. ↄ tunc si donatio postea non insinuetur non valeret ↄ non sit necessario seruanda saltem per heredē q2 donās potuit cogitare qđ solēnitas insinuationis adhiberef aut iurās iurauit seruare ↄtractū nō obstante defectu insinuationis vel quid equipollens. ↄ tunc procedat opi. Cano. ↄ ideo forte non immerito Bar. in. d. l. modestinus non quesiuit an donatio iurata valeat si non insinuatur. sed quesiuit an renūciatio insinuationis firmetur iuramēto pro qua cōcordia accedat distictio quā facit Fed. in ↄsilio supra allegato. nā insinuatio de iure cōmuni nō est necessario facienda tpe donationis. sed pōt eam etiā insinuari vt ꝓbat tex. in. l. si. §. similiter modo. C. de dona. ꝓpter nup. ↄ ibi per Bal. in si. ↄ hoc etiā qđ per eundē Bal. in. l. minoribus. eo. tit. et l auf. eo decursum vbi not. ex illa auf. qđ in insinuatione nō requiritur citatio personarū. nā sm̄ tñ cū possit explicari ab vna parte sine alia. ↄ sic p̄ntia alterius partis nō requiraf ergo nec citatio q̄ non fit nisi ꝓpter habēdā presentiā sm̄ eū si autem fieret tpe actus nō caderet partis absentia saltē sm̄ cōiter cōtingētia que quidē concordia satis colorate teneri posset. et est notabilis si procedit q2 tamen nō reperiunt ab alijs dictū nō aliter eū firmo sʒ siue ipsam teneam⁹ siue opi. cōem Cano. de qua supra habemus intentū et sic concludo qđ in casu nostro dicta donatio ꝙtumcunqʒ nō insinuata firmetur iuramento et teneat ꝙtūcunqʒ excedat legitimā summam. Laus deo omnipotenti Amen.

a ¶ No. cōcordiam.

¶ Consilium lxxxi.

1. Hereditas delata monacho qñ queratur monasterio.
2. Hereditas nō adita trāsmittitur per monachū ad monasteriū.
3. Statutis loci inferioris deficientibus et statutum dicat qđ recurratur ad ius cōe. recurritur tñ p̄mo ad statuta loci supioris dñantis: que dicunf ius commune quo ad subditos statuentium.
4. Argumentum a contrario sensu sumitur etiā in statutis.

5 Statutum excludens feminas propter masculos an & quādo cō- prehendat moniales.

6 Prescribitur iur i adeūndi longissimo tempore.

Consilijs nostris trinus

deus optimus adsit vt fas perpetuo sanctaq; iura lo- quar. ¶ In presenti consultatione si vellem per rōnes hincinde que vertūtur in cause cognitione discutere opus esset la tissimo folio sed substantialiter loquar breuitati studēdo. videba tur igitur pmo aspectu quod dictum monasteriū deberet admit- ti. nam clarū est quod Andrea & Chatarina de iure cōi admitte- bantur ad hereditatem dñe thore pro virili simul cum masculis. vt in auc. de here. que ab intesta. post principiū igitur & monaste riū dz. admitti siue teneamus opi. Jo. and. & Jmo. in. c. in p̄ntia. 1 extra de pba. qui volūt qd † hereditas delata monacho imediate queritur monasterio adeo qd facto ipsius monachi dz esse trāsla ta in monasteriū. vt in casu nro. & in. c. nō dicatis. xij q. i. quā opi. sequūtur ibi do. Ant. & Abb. moder. & Jmo. in. l. i. de vulg. & pop. & plerīq; alij doc. siue teneamus aliaz opi quā tenent cōmoniter legist e in. d. l. i. ff. de vulg. & pu p. et in. l. in. C. de here. insti. s. qd he- reditas queratur monasterio mediante aditione monachi quo casu dictum monasteriū posset adire siue potuit adire ex iure ad- eundi trāsmisso ad monasteriū per illas monachas mortuas qm 2 † monachus transmittit hereditatez nō aditā ascendētiō ad mo nasteriū beneficio. l. i. C. de h s qui ante apertas tabulas. qz mona sterium habet loco filij vt est tex. cum gl. in auc. de san. epis. § sed hoc de presenti. vbi hāc conclusionē in terminis tenet Ang. & idē decidit Jo. an. & sequūtur Cano. in. c. in p̄sentia. de pba. & Ang. & imo. & Moder. in. d. l. i. de vul. & pup. fuit decisio Jaco. de are. in. l. i. §. per seruū. ff. de succes. edic. & per hoc tollitur obstaculū nō aditionis predictaz monachaz. ¶ Nec videtur obstare statuta suprascripta. & primo statutū sancti Ge. qm nulla pte dicti statu ti fit aliqua m̄tio qp filie femine excludantur ab hereditate m̄ris stantibus filijs masculis. sed tantū qd dotate seu deo dedicate ex cludātur ab hereditate paterna stantib; masculis. & ponūtur alij casus nō tāgētes casum nostrū. Cum ergo statutū non excludat recurremus in dispositione iuris cōmonis. l. si vero. §. de viro. & l. si cum dotē. in p̄n. ff. so. ma. & in. l. commodissime. ff. de lib. & post. ¶ Nec etiā videtur obstare statutum Florentinū qm tale statu tum nō vr̄ seruandū in casu nostro cū ex forma statutoz sctī Ge mi. disponatur qd qōnes decidant p l. cōes & capitula cōstituti. & sic vr̄ velle qp cessantibus capitulis constitutis. habem; recurre re ad ius cōmune si ergo s3 formā statutorū sancti Gemi. di. mo nachē non repiūtur exclusē. videt qp debem; recurrere ad ius cōe sed de iore cōi indubitanter admittuntur vt dictum est igitur &c. ¶ Nec videt obstare aliqua prescriptio cū ius adeūdi videat esse mere facultatis cui nō prescribit. l. viam publicā. ff. de via publi. & ita tenēt Bar. de saly. & plerīq; in. l. licet. C. de iure delib. plura et alia possent in cōtrarium adduci ad que patebit rñsio ex infra di cendis. ¶ His tñ non obstantibus in cōtrariū sniam veriorē existi mo quod imo dicte monache fuerint exclusē ab hereditate eorū matris ppter existētiā masculorū. pro cuius cōclusionis fundamē to premittēdum est qp terra sancti Gemi. est de districtu & comi- 3 tatu florētinoz vt patet ex pactis & capitulis submissionis. † qua re ait certū sit dicta terra subijci legibus flo. sm censuram iuris ci uilis. vt in. l. si cōuenerit. §. si nuda. ff. de pac. cum ibi no. per Bar. & Cy. in. l. ex verbis C. de dona. inter vi. & vxo. quā etiam ex forma statutoz ibi vrbē nostrā &c. vbi legibus florentinis vult vrbem cū toto comitatu & districtu gubernari &c. appareat manifeste quod in omnibus omissis a statutis proprijs dicte terre debeat ante re currere ad. l. florentinorum in causis decidendis & alijs ocurrēti- b;. sicut in simili dicimus qp in causis a statutis ciuitatis que im meditate subsunt imperio romanorū dz recurri ad iura romana que sunt cōia ipsis ciuitatibus vt notatur plene in. l. omnes ppli. de iusti. & iu. & l. y de nora. c. cum dilectus. de consue. & l. commo dissime de libe. & posthu. & l. quicquid astringēde de ver. ob. cū si. & maxime cū ciuitas Florentie cum suo comitatu & districtu non recognoscat superiorē & prescripserit merū & mixtū imperiū. & tā tam potestatem habeat in populo & sibi sobditis occasione dicte prescriptionis quātā imperator in vniuerso. l. hostes. de capti. et notanter per Bar in. l. infamē. in fi. de publi. iudi. debet ergo ca- sus iste & similes decidi sm statuta Florentie. Nec obuiat huic sta tutum dicte terre quo cauetur qd cā cognoscat et decidat sm le- ges cōes & capitula constituta qz cū vt diximus leges cōes quo ad vrbē & omnes subditos dicātur ac sint leges Florētie imediate l3 remoueat ius romanorū ad qd postremo recurritur. ergo dictū statutū de illis legibus florentinis debet intelligi vt sit de cā pxi- ma & immediate intelligat nō de remota ar. nota. l. cum quis. de do. l. manumissiones. de iusti. & iur. et. l. talis scriptura de le. i. cum si. maxime cum verisimilius sit propter confirmationem factā p cōmissarios pro pte cōis Florētie cū p̄dictis terrigenis quos in dubio nō est credendū voluisse tollere & abdicare ad predictas le ges suoz dñoz supioris cōtra formā iuris & regulam dicti statuti qd incipit vrbem &c. nec etiā est talis sensus accipiendus p quē fieret alia correctio legū aut derogatio in dubio ar. l. precipim; de ap. & l. sancimus. C. de te. & no. in. l. titia. §. idē rñdit de ver. obli. & l. si. C. de edi. ande. cū si. attēto et qd resultaret quedā cōtrictas vel cōdi ctio dū ptestat qp dicti approbatores statutoz dicte terre nihil vr̄ le approbare vel confirmare qd esset cōtra honorē & iurisdictionē cōis flo. fac. l. vbi repugnantia de reg. iur. cū si. ac clarū est fore cōtra hono rē & iurisdictionem eius si legibus solis subesse nōvellēt & ad alios recurrerēt nisi specifice & expresse eis cōcederet a superiore ptinet enim ad iurisdictionem superioris leges in oīb; subditis statue re & illis eos regi nisi aliquas proprias eis cōcederēt facit qd habe tur in. l. omnes populi. cū ibi not. per Bart. circa argumentū qui possit statuta condere &c. nec est credendū vnico verbo generali seu ambiguo voluisse sobuertere regulā iustā dicti statuti. l. si qn. C. de inoffi. testa. cū si. dum cōsenserunt causas terminari s3 leges cōes & capitula cōstituti. quinimo supponēdo quod deberet intel ligi de legibus cōibus romanoz tamē dū subdit & capitula cōsti tuti. talis sermo deberet intelligi nō solū de capitulis statutoz di cte terre sed et de capitolis statutis florentinis in casibus omissis cum regula sit oīa capitula primo seruāda fore nec videat in du bio excludi qd excludendū nō est sed potius includendū. facit qd dz de generali cōfirmatione priuilegioz qz nō intelliguntur confir mari nisi iusta priuilegia non que essent iuri cōtra qz potius vidē tur obreptitie impetrata. C. de fun. & sal. rei. do. l. si quis loca. lib. x. & no. Bal in vsi. feu. per quos fiat inuesti. c. i. ¶ Hanc cōclusio- nem in individuo firmat Lud. ro. in suo cōsi. cclvm. qd incipit pre sens casus &c. Ubi concludit qp l3 ciuitas florētina cōfirmasset sta tuta Pisanainter que erat sic statutū qd recurreret ad ius cōe in casibus nō decisis. tñ recurrendū erat prius ad statuta florētino- rū qz alr̄ tale statutū non intelligeret confirmatū tanq̄ iniustum & inhonestū. facit qd no. Bar. in. l. i. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. & bal. in. l. vnica. C. de metropoli. & Bald. in. l. priuilegia. C. de sac. san. ec. iniustitia & inhonestas deducitur qz per illud tolleret ius ciuitatis superioris & dominantis qd ius in hoc vr̄ vt loca inferiora suis cōstitōnibus gubernentur in. §. fi. insti. de satisdando. sed iniusta inhonesta & cōtra non obseruanda reputatur lex consti tutio inferioris per quā ius supioris tollit. c. cū inferior. de maio. & obe. c. venientes. de iureiur. l. minor autem magistratus. ff. de mi no. pro hoc facit nam generalis confirmatio statutorum nō extē- ditur ad illa per que diminueret ius superioris cōfirmātis Bal. in. l. oēs popoli. ff. de iusti. & iur. ar. l. creditor. §. lucius. ff. man. imo fortius concludit Lud. ro. in p̄alleg consi. quod si ciuitas Florē tina statuisset quod ciuitas Pisana proprijs constitutionib; vbi nō ēt casus in aliqua suaz constitutionū decisus nō esset recurretur ad ius cōe. tñ i casu prouiso a statuto Florentino dicit omnino re currendū ad statutū Florētinū mouet qz ius cōe hoc dictat vt lo ca inferiora superioris constitutionibus gubernētur. d. §. fi. insti. de satisdando. & sic decidit in. d. consi per p̄dictā q. nostrā in ter- minis. ad hoc etiā adduco qp in simili voluit Pet. de anche. cōsi. xvij. incipiente in qōne que vertitor. vbi vult qp si fiat mētio de sta tutis ab epo puta qz iubet aliquid fieri sm formā statutoz debet intelligi de statutis pprijs qz & iō ciuitatis l3 illa essent etiā sy no dali cōstitutione approbata. ergo i casu nostro si fit mētio de iu re cōi intelligatur de proprio cū statuta sint ius cōe propriū. l. oēs populi. ff. de iusti. & iure. facit quia verba p prius debent intelligi & non per posterius. l. qui liberis §. hec verba. ff de vulg. & pupil. facit etiā quod no. Bal. in. vij feu in ti. de pace iora. fir. §. iniuria. vbi dicit iudex ētvbi hz ius cōe & statutum loci nō potest seruare qd vult. & sic ius cōe statuti cōtrariū cuz p̄ferant statuta que iurauit seruare & ea derogare iuri cōi allegat quod not. spe. de pe. iiti. §. si. cum sint p̄cij iuris & facit et propius qd idem Bal no. in ti. de pace cōstāt. in. §. inle quoq; ad fi. vbi colligitur argumentū dum ibi dicit. sm leges & consuetudines &c. qd cā que est cōmissa scdm leges & cōsuetudines terminā da potius determinari debet sm bo nas cōsuetudines q̄ sm leges. & sm eam significat bonitatem ar bitrio & nō merū ius cōe allegat de eo qui mit. in pōssess. c. cum ve nissent & Cy. in. l. captatorias. C. de te mil. facit etiam qd habetur in. c. venientes. de iureiur. vbi in dubio semper vr̄ excipi statutum superioris nec ab eo recedi videt maxime vbi eius iurisdictio mi- nueretur. & sic concludi pōt qd in casu nr̄o non videtur prohibitū quouis mō qo omnino seruari debeat capitula statutorum Florē tinorum in casu omisso potius q̄ ius cōe romanorū cum nec ma- nifeste nec tacite excludi videātur sed potius includi sm rectā & debitam interpretationē. ¶ Ad predicta qd solent no. maxime p Bal. in. l. illa institutio. ff. de here. insti. & Spe. de app. §. non trac- tamus. vbi tangit qd continetur appellatione iuris cōis &c. ita alias reperio fuisse consultum per genitorē meū. & alios solēnes docto. in

doc.in ꝑfato statuto sancti Gemi.⁊ vt mihi etiā narrat̃ ista fuit
semꝑ cōis obseruātia ⁊ interꝑtatio dicti statuti: vñ minime mu
tāda sunt q̄ interꝑtationē certā semꝑ habuere.l.minime.ff.de le.
ex q̄bus ꝯīr cōcludit̃ qđ sit attēdēdū statutū Florētinorū ex for
ma statutorū magnifice ciuitatis Florētinorū vt.s.pꝫ in statuto
supꝛascripto cauet̃ q̄libet mulier ⁊ ei⁹.descēdētes possint ab inte
stato succedere mr̄i sue ꝑmortue si eidē marito vł alie mlieri ascē
dēti nō extarent filii⁹ vel filiȷ mascul⁹ vel masculi descēdētes ex eo
vel ex eis ergo a cōtrario sensu dictū statutū vult qđ si essent filiȷ
masculi femina nō succedat vel descēdētes masculi ex filiȷs ma
sculis sed in casu nostro extāt filiȷ masculi ⁊ extāt descendētes ex
masculis igit̃ ꝑdicte filie femine nō potuerūt succedere. ⁊ ꝑ ꝯñs
4 nec monasteriū mediāte ꝑsona illarū † q̄m sicut in legibus sumit̃
argumentū a contrario sensu vt in.l.i.§.huius rei.ff.de offic.eius
cui mādata.est iurisdic.⁊ in.l.qui testā.§.mulier.ff.de test.ita etiam
pariter institutis.vt concludunt docto.in iuribus pꝛeallegatis.⁊
Bar.in.l.oēs populi.in.vi.q.pꝛin.ff.de iusti.⁊ iur.⁊ Bal.elegan
ter in.l.conuenticulā.C.de epi.⁊ cleri.⁊ in.l.apud antiquos.C.de
fur.⁊ no.d.Anto.⁊ Cano.in.c.cum apostolica.de his que fiūt a
pꝛela.sine ꝯsensu capl'i sed aduertēdū qđ ista fuit q̄stio antiqua
super dicto statuto Cy.⁊ Dy.in qua Cy.consuluit qđ filie exclu
derent̃ stātibus masculis vt referunt ⁊ sequunt̃ Bald.Imo.et
Moder.in.l.si cū dotē.ff.so.matri.⁊ Bal.in.d.l.conuenticulā.ꝑ
tex.in.l.inter socerū.§.cū inter.ff.de pac.dota.arguendo de pacto
ad statutum cum statuta sint quedā ciuiū tacita cōuentio.ar.l.
de quibus.ff.de legi.⁊ est cōis conclusio cum qua trāsit Pau.de
cast.⁊ sequunt̃ Moder.⁊ in.d.l.i.§.huius rei.⁊ Pau.de cast.et
Moder.in.d.§.mulier.¶ Sed difficultas huius decisionis stat
in hoc q: vt.d.notabiliter Jo.de imo.lꝫ in cōtractibus qui ex mē
te partiū dȷudicant̃ attēdēdus sit ꝯtrius sensus.l.i.§.si cōueniēs
ff.depo.si tū secus vr̃ dicendū in statutis correctiuis iuris cōmu
nis hoc est q̄ñ ꝯtrius sensus veniret ad correctionē iuris cōis quo
casu nō vr̃ sumi posse in statutū arg.a ꝯtrio sensu allegat ad hoc
Jo.de imo.duas glo.vꝫ in.c.cupiētes.§.qđ si per viginti.de ele
ctio.li.vi.⁊ in.c.ij.de etate ⁊ quali.eo.li.⁊ Barto.in.l.oēs populi.
in.vi.q.de iusti.⁊ iure.⁊ idē etiā voluit Bal.in.l.ij.C.de condi.in
ser.⁊ hoc voluit gl.apud legistas in.l.vt liberis.C.de colla.in gl.
fi.circa fin dum dicit.nec leo hic vetat quam ibi ad hoc pōderat
Rap.Fulg.¶ Sed ad hanc ratiōem rñdet notabiliter Jo.de
imo.in.d.l.si cum dotē.in pꝛin.qđ etiā pōt sumi ꝯtrius sensus ad
correctionē iuris cōis q̄ñ al's statutū nihil operaret̃ allegat nota
ta per Bar.in fi.in.l.iiij.§.pꝛetoꝛ.ff.de dā.infec.⁊ sic dicit qđ non
erit simplr̃ hoc ex vi ꝯtrij sensus.sed ex illo alio adiuncto vꝫ vt sta
tutum aliq̄d operet̃ ar.l.si q̄ñ.ff.de le.i.⁊ sic in ꝑfato statuto con
cludit qđ ex quo nihil operaret̃ si simplr̃ intelligeret̃ quod nō ex
tantibus masculis femine succederent enim hoc fit de iure cōi dꝫ
sumi argumentum a ꝯtrio sensu vt extantibus masculis nō succe
dant.⁊ in hoc operet̃ ꝯtra ius cōe.⁊ ꝓ hac theorica Ludo.ro.i.d.l.
si cum dotem.allegat tex.cum glo.in.l.nulla.C.de epi.⁊ cle.⁊ cū
hac rñsione in.q.dicti statuti.transeunt Pau.de cast.⁊ Moder.
in.d.§.huius rei.⁊ Pau.de ca.in.d.§.mulier solet pro dicta theo
rica allegari casus singularis in auť.ex testā.C.de colla.quē ibi
ad hoc pōderat insignis doctoꝛ dñs Jo.de ꝑusio.lꝫ Lu.ro.ibidē
casta se solo hoc esse aladuersum.hāc etiā theoricā aperte posuit
Bal.in.l.obseruari.§.ꝓficisci.in.iij.q.circa fi.ff.de offi.ꝓcō.⁊ leg.
5 ¶ Sꝫ restat illa pulchꝛa difficultas † ex quo filie femine d qb⁹ ex
cludēdis agim⁹ fuerūt moniales ⁊ sic ꝑsone ecclesiastice igit̃ sta
tutū laicorū nō potuit eas excludere nec aliquē effectū exclusiōis
excludere ad.d.l moniales tāꝙ ꝑsonas nō subiectas arg.l.ex̄ ter
ritoriū.cū ibi no.ff.de iurisdi.om.iudi.⁊ vr̃ casus.c.ecclesia sancte
marie.⁊ ibi plene notant Cano.extra de consti.faciūt no.ꝑ Jo.
an.in.c.fi.de immu.eccle lib.vi.⁊ ꝓbant̃ ꝑdicta per ea que deter
mināt Ja.bu.Bar.⁊ Bal.in.l.fi.C.de pac.⁊ in.l.deo nobis.C.de
epi.⁊ cle.in auť.cassa.vbi late ꝑ Bar.de saly.de sac.san.ec.sꝫ i hoc
pūcto repio in indiuiduo consuluisse insignē doc.do.Pau.de ca.
cōsi.cccxxxv.incipiente in xp̄i noīe amē.Primū dubiū de quo q̄
rit̃ vbi ip̄e cōsiderat duos casus tanꝙ diuersos.¶ Prim⁹ est q̄ñ
statutum specifice ⁊ exꝑsse loquit̃ de monialibus dicendo ꝙ non
succedāt extante masculo.¶ Scđs casus q̄ñ nō disponit specifi
ce de monialib⁹.sed simplr̃ ⁊ gñaliter disponit qđ mulier nō suc
cedat extāte masculo.¶ Circa primū casum cōcludit statutum
nō valere indistincte quicq̄d dixerint Jac.bu.Bart.⁊ Bal.in lo
cis ꝑallegatis.⁊ hoc plene ꝓsequit̃ ⁊ hanc opi.cōiter approbant
Moder.Cano.i.d.c.ecclesia sancte marie prout ibi late prosequi
tur Abb.moder.in sua solenni repetitione.quem casum non pro
sequoꝛ q: sumus in scđo casu q̄ñ statutū gñaliter loquit̃ qđ mu
lier nō succedat extāte masculo in quo ip̄se concludit statutum va
lere nec esse ꝯ libertatem ecclesiasticam q: nō efficiunt̃ deterioris
cōditionis ꝓpter ingressum cū ēt si nō ingrediens̃ excludātur ⁊ sic
ſm eum cessant rōnes ꝑ quas doc.in pꝛimo casu dñt statutū non
valere: vñ videndū est ſm eū an cōpꝛehendat moniales.⁊ ꝯcludit
qđ sic tali rōne.nā in loco vbi tale statutū viget cēset̃ correctū ius
cōe q: cū ius cōe deferat hereditatē vna cū masculo statutum ꝓ
ꝑ ita demū defert femine hr̄ditatē si mascul⁹ nō extat sꝫ si extat au
fert ⁊ ex hoc toto tā in delatiōe hr̄ditatis ꝙ in ꝑuatiōe cēset̃ re
cessum a iure cōi.⁊ in totū habem⁹ ius municipale.vt in.l.ius ci
uile.ff.de iust.⁊ iur.⁊ idō nō vr̃ deferri mulieri hereditas de iure cōi
sꝫ ex forma.l.municipalis.s.vt ex legib⁹ ⁊ senatuscōsulto ar.l.vni
ce.ff.vt ex legibus senatuscōsulto ⁊c.igit̃ eo ip̄so qđ mulier nascit̃
infringit̃ sibi hec potētia succedēdi ab ip̄so statuto.s.in toto si nō
extiterit masculus ⁊ in nihilū si extiterit trāseūdo igit̃ i monaste
riū trāsit cū illa potentia sic limitata ⁊ sic ꝯditionata ⁊ non cū il
la quā mulieres habēt a iure cōi q: vt dixi in loco vbi tale viget
nō cēset̃ vigere ius cōe quo ad feminas vel si viget sub ꝯditiōe vr̃
vigere adiecta a statuto vꝫ si mascul⁹ nō extiterit sicut igit̃ igre
diēs monasteriū in loco vbi tale statutū nō viget ingredit̃ cū il
la potētia succedēdi quā hꝫ a iure cōi ⁊ cū illis ꝯditionib⁹ limita
tionib⁹ ⁊ qualitatibus quas adduceret ius cōe ⁊ nō aliter ne fiat
deterioris ꝯditionis ꝑ ingressum quā esset si nō ingrederet̃.vt.d.
l.deo nobis.facit in argumētū.l.gaius in fi.ff.de manu.⁊ qđ no.
in auť.igressi.C.de sac.san.ec.de illo q̄ habebat emphyteosim vł
vsuras.vt in.c.nup.de dona.inter vi.ita ⁊ habēs ꝑtātē succedēdi
certo mō per.l.municipalē limitatā trāsit cū eadē potentia sic re
stricta ⁊ limitata ⁊ nō aliter. Satis est enī ꝙ non efficiat̃ deterio
ris cōditionis ꝓpter ingressum nō ergo dꝫ petere qđ fit melioris
cōditiōis.⁊ si nō fiat melioris cōditionis nō ꝓpter hoc monaste
riū poterit cōqueri ar.l.que aūt.§.si mō.ff.que in frau.cre.¶ Non
ergo ob.quod statutū nō possit moniales ligare vel ipotētes effi
cere ad succedendū q: nō ligauit moniales nec eas ipotētes effi
cit.sed ligauit dudum anteꝙ essent moniales.s.tp̄e eorū natiuita
tis qđ maxime ꝓcedit ſm eū in filiabus q̄ habent potentiā succe
dendi patri separatā ⁊ pro se ꝓbabilē etiā viuentibus parētib⁹ ꝓ
pter votū parentū.vt no.Bar.in.l.si pōt.ff.de acq.here.⁊ ideo po
test talis potētia etiā viuentibus parētibus auferri ꝑ statutum ⁊
ablata censet̃ sub cōditione si masculus extat extabit igit̃ si igre
ditur monasteriū cū illa qualitate ⁊ cōditione ar.l.statius florus
§.cornelio felici.ff.de iur.fis.⁊.l.peto.§.ꝑdiū.ff.de le.ij.al's seq̄retur
qđ si extaret hodie lex imperialis statuēs illud idē qđ statuit hoc
statutū non ligaret moniales quin possent venire ⁊ succedere ſm
ius cōe q: qua rōne statutū nō ligat ecclesiasticas ꝑsonas eadē ra
tione nec lex imꝑialis nisi quatenus ꝑ ecclesiam recipit̃ vt not.in
auť.hoc ius porrectū.C.de sacro.san.eccle.⁊ ita concludit prefa
tus insignis doctoꝛ in ꝑfato ꝯsi.⁊ lꝫ nihil aliud alleget tñ ei⁹ opi.
probatur ex theorica quā ponūt cano.maxime Abb.⁊ Moder.
⁊.d.c.ecclesia sancte Marie.l.qđ q̄ñ statutum iniecit vinculū an
te clericatum tūc insequit̃ clericū ⁊ eum obligat etiā in foro eccle
siastico ⁊ ſm illud iudicandū est.⁊ sic ſm statuta ⁊ cōsuetudines
seculares vt voluit singu.Jo.an.in regula sine culpa in merc.de
reg.iur.in.vi.vbi determinat questionē ꝑ quā de brocha decidit̃
questio nostra.nam dicit ꝙ si statuto caueatur qđ pꝛimogenitus
succedat in hereditate ⁊ tale statutum fuit editū ante clericatū
scđo geniti ⁊ scđo genitus postea efficiatur clericus ligat̃ tali cō
suetudine vel statuto nam ante clericatū erat ius acq̄situm ꝑmo
genito.⁊ idō non dꝫ tolli per clericatū superuenientem.⁊ hāc deci
sionem adducunt Cano.in.d.c.ecclesia sancte Marie per quā re
stringitur ille tex.vt nō ꝓcedat q̄ñ statutum iniecit vinculū ante
clericatū nisi demū ex statuto oriretur obligatio seu ligaret̃ cleri
cus ex factis seu gestis per eum prout ibi declarant cano.in alio
mēbꝛo qđ non prosequoꝛ.¶ Et per ꝑdicta hāc questionē decidit
in terminis.d.Anto.in.c.qđ clericus.de foro compe.vbi dicit qđ
stante statuto ꝙ stantibus masculis femine non succedāt.si que
ritur nunquid tale statutum compꝛehendat feminas religiosas.
Per predicta dꝫ concludi qđ si assumpserūt monachatū añ sta
tutū non preiudicat eis secus si post.⁊ ita dicit se ꝯsuluisse ꝙ etiā
refert ibi ⁊ sequitur Jo.de imo.idem etiā Abb.Moder.dicens
etiā do.Pe.de ancha.ꝯsuluisse.⁊ ita generaliter dicit de statutis
inhabilitantib⁹ quē a successione ex certa causa ita not.Lappus
allegat.cviij.⁊ ꝓ his adducit.d.Abb.theoricam Bar.in auť.itē
nulla cōitas.C.de epis.⁊ cle.⁊ in.l.rescripto.ff.de muneri.⁊ hono.
⁊ Archi.in.c.i.de immu.eccle.libꝛo.vi.dicunt enim ꝙ rebus iam
translatis in ecclesiam non possunt imponi collecte:sed añ trāsla
tionem ꝑsūt res constitui tributarie ita ꝙ postea transferent̃ cum
illo onere tributorū.ex quibus reddit̃ clara decisio q̄ōnis nostre
que etiā attentis terminis nostris ex alio capite nullam hꝫ dubi
tationē.Nam vt ex narratione ꝑsūt colligitur prefata dña thora
de cuius successione agitur mortua fuit anteꝙ eius filie in mona
sterium ingrederentur.⁊ sic tp̄e mortis qua agebatur de successio
ne do.Andrea ⁊ Catherina nō erant ingresse monasterium.⁊ ꝑ
consequens fuerūt excluse a successione eo tp̄e quo nō erāt monia
les.⁊ ꝑ ꝯñs censeantur in ꝑpetuum excluse q̄m ad cognoscēdum

an quis debeat admitti vel excludi a successione dꝫ expectari tp̄s mortis illius de cuius hereditate agit. ⁊ si tūc tp̄is reperiat in eo statu ꝙ debeat excludi in ꝑpetuū non excluditur inspecto aliter subsequēti statu nisi conditionaliter excluderet vt patet ex his q̄ ponit Bar. in. l. fi. ff. ad tertul. ⁊ Bal. in. l. maximū vitium. C. de li be. p̄te. Ad idē tex. in. l. post mortē. §. liberi. ff. de contra tab. ⁊ in l. post consanguineos. §. interdū. ff. de suis ⁊ legi. ⁊ est tex. optim⁹ quē ibi singulr̄ ad hoc no. Ant. de butr. ⁊ in. c. Rai. de testa. nam qualitas adiecta alicui actui vel verbo sufficit qꝺ adsit tp̄e quo actus effectum sortitur lꝫ postea nō duraret: vt in. l. substōne. ⁊ in l. ex facto. ff. de vul. ⁊ pup. ⁊ in. l. mella in prin. ff. de ali. ⁊ ciba. le. ⁊ in. l. in delictis. §. si extrane⁹. ff. de noxa. vnde cū in casu nr̄o qualitas existentiū masculorū adiecta actui excludendi a successione feminas affuerit tempore quo tractabatur de successione q: tūc potuerūt feminas excludere que non erāt moniales lꝫ nūc nō possent excludere qꝺ tn̄ est falsum tn̄ sufficit ꝙ tp̄e successionis fuerūt excluse ⁊ qꝺ tunc essemus in terminis in q̄bus potuerunt excludi vn̄ sit cōclusio quod do. Andreas ⁊ Catherina fuerūt excluse perpetuo a dicta successione ⁊ ꝑ ꝯn̄s monasterium ex persona earuꝫ nō potest admitti ad dictam successionem: vnde nō est opus intrare difficultatem an iuri adeundi fuerit p̄scriptū quā nō tango ēt q: nec etates nec tempus mortis ⁊ matris ⁊ filiarum sunt mihi bene no. ſꝫ tātū dico qꝺ †iuri adeundi potuit prescribi longissimo spatio quicquid dixerit Bar. de Saly. vt cōcludunt cōmuniter legiste in. l. licet. C. de iure deli. Laus deo omnipotēti Amen ⁊c.

¶ Consilium. lxxxvi.

1 ¶ Compromissa que fiunt vigore statuti debent fieri non vt in arbitros de iure sed tāꝙ in arbitros ⁊ arbitratores ⁊ amicabiles compositores ⁊ bonos viros.

Consilijs nostris trinus

deus optim⁹ adsit vt fas perpetuo sanctaqꝫ iura loquar. ¶ In p̄nti cōsulatione pro decisione eorū q̄ in pūcto ꝓponūtur p̄suppono qꝺ †cōpromissa que fiunt vigore statuti transmissi qꝺ incipit p̄nti cap̄lo statuimus dicuntur ⁊ debēt fieri non vt in arbitros de iure sed de iure ⁊ de facto ⁊ de veritate ⁊ equitate tanꝙ in arbitratores compositores ⁊ bonos viros: vt clare disponit dictum statutum in ver. teneantur insuper dicti iudices cogere realiter personaliter ⁊c. pro quorū laudo in dubio p̄sumitur. laudum enim arbitratoris p̄sumitur iusta causa latum ⁊ requisita interuenisse. ita consuluit Dyn. in suo consi. x. qꝺ incipit tholomeus manētis ⁊c. qꝺ consilium refert ⁊ sequitur Ioan. and. in addi. Spe. in ti. de arbitris. §. sequitur in addi. incipiente Dy. in regula ⁊c. per tex. in. l. ab ea p̄te. ff. de ꝓba. tenēt. d. Anto. ⁊ Imo. in. c. in p̄ntia extra de renū. ⁊ do. Ab. moder. in. c. q̄nt aualis extra de iureiur. ⁊ Bal. in. l. fi. C. de contrahen emp.

¶ Consilium. lxxxvii.

1 ¶ Testator si dicat relinquo filium meum viuum ⁊ mortuum cum omnibus bonis titio quid importēt dicta verba ⁊ an dispositio valeat.

2 Modus ineptus loquendi nō vitiat dispositionē. l. si q̄s mihi bona. §. pater filio. ff. de acquir. her.

Dominus labia mea ape

riat ⁊ spirit⁹ sanct⁹ illuminet intellectū. visa suprascripta vltima voluntate Iuliani supra in puncto narrata ⁊ visa pūcti narratione ⁊ statutis suprascriptis. Qm̄ in p̄nti cōsultatione vertitur cause cognitio. Circa causam testati ⁊ intestati. ⁊ causa testati tanꝙ dignior precedere debeat. l. anteꝙ. C. communia de succes. circa duo principaliter versabit presens cōsultatio. ¶ Primo circa causam testati cuius virtute sit dicta voluntas Iuliani si probatur put. s̄. in puncto narrat. ¶ Secūdo versabit circa cām intestati⁹ ⁊ respectu hereditatis dicti mancini filij dicti Iuliani. ¶ Circa primum est in primis premittēdum qꝺ dicta voluntas respectu solennitatis numeri testiū posset valere in vim testamenti si aliud nō obstaret nam licet de iure cōi i testō requirantur pro solennitate septē testes: vt in. l. hac consultissima. C. de testa. tamen de iure municipali requiruntur tres etiam non rogati prout interuenerūt in casu nostro: vt ptꝫ ex forma statuti suprascripti sub rub. de testa. ⁊ successionibus qꝺ incipit in qualibet vltima voluntate. qꝺ statutū nedum est in ciuitate senarū iuxta. l. omnes populi. cum materia. ff. de iusti. ⁊ iur. sed etiam in comitatu: vt no. glo. ⁊ doc. in. l. ex ea. ff. de postulā. ⁊ hoc maxime ex quo tale testm̄ fuit conditum tempore per ea que no. Bart. in. l. j. ff. de bo. pos. ex testō mili. ⁊ ordinarij in. l. fi. C. de testa. quo supposito est videndum de virtute dicte vltime voluntatis quid voluerit Iulianus dum dixit †post quedam relicta facta cuidā capelle dixit relinquo mancinum filium meum viuum ⁊ mortuū Petro fratri meo cū oibus alijs suis bonis exceptis legatis ⁊c. super quorum interpretatione tria sunt videnda. Primo quid importent viuente dicto mancino eius filio. Scd̄m quid importent eo mortuo in infantili etate. Tertiū nūq̄d dicta vltima volūtas sustētari possit ⁊ quō tā in vita dicti māciui ꝙ post eius mortē in infantili etate. ¶ Circa primū in primis dico circa verba relinquo filium meum viuum ⁊ mortuum. cum omnibus bonis quod dicta verba cum omnibus bonis debent referri tam ad eū viuū ꝙ mortuū ex quo posita in eadē oratione. ar. tex. ⁊ qꝺ ibi plene not. Bar. in. l. seie. §. gaio. ff. de fun. instr. ⁊ est casus ⁊ ibi Bar. l. l. j. §. doli verbū. ff. de seruo corru. vbi illa verba dolo malo posita post duo verba referunt ad vtrūqꝫ qꝺ Bar. inducit ad statutum si dicat si q̄s sic fecerit ⁊ sic postea subnectit de nocte quod illud vbū de nocte refertur ad vtrūqꝫ quo p̄supposito est aduertendum qꝺ hec verba relinquo filiū meū viuū cū omnibus bonis nō reperio scripta nec mirū q: sunt verba multum grosso modo ⁊ inepte prolata ⁊ rustico idiomate ⁊ grosso. talis †tn̄ ineptus modus loquēdi non habet vitiare dispositionem. l. si quis mihi bona. §. pater filio. ff. de acqui. here. facit. l. quoniam indignum. C. de test. ⁊ quod no. glos. in. l. quoties. C. fa. er. ⁊ gl. in. l. quod si nepotes. ff. de testa. tutel. vnde dixit Inno. in. c. petitio. extra de procura. quod si dico constituo te asinū ꝓcuratorē meum non vitiatur institutio. facit qꝺ no. gl. in. l. que extrinsecus. ff. de verbo. obli. cū si. vnde dico qꝺ cum dictus filius suus esset infans per dicta verba vr̄ reliquisse fratrem suum administratorem ⁊ gubernatorem filij sui ⁊ bonorum ⁊ sic tutorem durante pupillari etate postea curatorem in post ea administratorem ⁊ gubernatorem. hanc conclusionem ꝓbo. legatum debet interpretari vt potius valeat ꝙ pereat. l. quoties. ff. de rebus dubijs vnde si volumus dicere quod legauerit filiū quo ad dominium hoc non est dicendum quia legatum est inutile et quo ad rem ipsam ⁊ quo ad estimationem cum liber homo non sit in nostro commercio. l. apud iulianum. §. cōstat cum ibi nota. ff. leg. j. insti. de leg. §. sed si talis res ⁊ in. l. inter stipulantem. §. sacram. ⁊ in. l. liber homo. ff. de ver. ob. cum si. ergo habemus dicere quod quo ad administrationem voluerit hoc facere vt potius valeat licet vbis ineptis pro hoc quod no. bal. i. l. tutores. §. neqꝫ tutores. C. de ꝑcu. ar. l. pater seuerinā. §. cōditiōis. ff. de ꝯdi. ⁊ demō. nam etiam mediante tutela transit pupillus in potestate tutoris cum sit vis ⁊ potestas in capite libero. l. j. cum ibi no. ff. de tutelis facit glossa sing. et ibi nota. in. l. qui in aliena. §. quam. ff. de neg. gest. de matre cui fuit relicta cura et custodia filiorum et tex. in. l. j. ff. de confir. tuto. ibi deprecor te curam habere rerum. et qꝺ ibi ꝑ Bar. et qꝺ no. Bar. in. l. si mater. C. ad velleia. et qꝺ no. Io. an. in c. ex parte. M. de app. per que cōcludo ꝙ videt reliquisse administrationem ⁊ gubernationē persone et bonorū s̄m qualitatem ꝑsone ⁊ temporis ⁊ ista fuit intentio testōris nec potuit esse alia q̄ in primis sequenda est iuxta. l. in conditionibus primum locum. ff. de condi. ⁊ demō. ¶ Circa scd̄m etiam non inuenio in iure ista verba relinquo talem filiū meū mortuū cum bonis: sed cū legatū hominis mortui cum non sit in rerum natura nō valeat insti. de leg. §. ea ergo. insti. de inuti. stip. in prin. d. l. liber homo. ⁊ l. si homo mortuus. e. ti. Ad hoc vt legatum potius valeat quā pereat puto testatorem voluisse filium mori ad vtilitatē ⁊ cōmodū fratris sui. ⁊ fratrem suum voluisse pupillariter substituere: sicut q̄si testator dixisset volo qꝺ filius meus moriatur qꝺ intelligeret ad eius vtilitatem ⁊ censeret substitutus prout est casus clarus in. c. si pater. ⁊ ibi plene no. extra de testi. lib. vj. cum voluit euꝫ hēre ex pupillari qꝺ maxime cōstat ex quo dixit cū omnibus alijs bonis cū ex fideicōmisso non debeant omnia bona ꝑ ea que no. Bart. in simili in. l. centurio. ff. de vu. g. ⁊ pup. ⁊ Bal. in. l. precibus. C. de impub. ⁊ alijs substi. vnde concludo qꝺ dicta verba important substitutionē pupillarē ⁊ ita sentio in casu premisso. ¶ Circa tertium concludo ꝙ talis datio tutoris nō valuit sine confirmatiōe qm̄ sine heredis institutione testamentum non valet vt testamentum. l. j. ff. de vul. ⁊ pup. ⁊ insti. de le. §. ante heredis sed in testō de quo agimus non fuit facta heredis institutio. igitur ⁊c. poti⁹ ergo dicitur valere dicta voluntas in vim codicillorum. l. fin. cū ibi no. C. de codicillis. iuxta no. in. l. j. ff. de iure codicil. vnde talis datio tutoris non valuisset nisi talis tutor confirmatus fuisset iuxta no. in. l. j. C. de confir. tuto. nec valuisset datio vt curatoris nisi cōfirmatio fuisset secuta ergo in testō dari non pōt: vt no. Bal. in. l. ij. ff. de testa. tute. ⁊ in. l. fi. C. eo. ti.

¶ Casus talis est. Margarita ex primo viro tres suscepit filios vnum masculum ⁊ duas feminas que femine post mortem patris fuerunt dotate ab eorum patruo de bonis patris ⁊ patrui mortuo primo viro a quo Margarita lucrata fuit antifactum dotium suarum transiuit ad scd̄m virum ex quo suscepit vnicam filiam feminam que nupta ⁊ dotata fuit de bonis patris sui. demum moritur scd̄s vir ⁊ Margarita ēt lucrat aliud antifactum. et trāsiuit ad tertias nuptias ex quo tertio viro suscepit aliam filiam feminā que ēt fuit nupta ⁊ dotata de bonis patris ex qua filia femina et ex eius viro nascit alia filia femina: morit terti⁹ vir

et filia

⁊ filia ex eo suscepta superexistente nepte propter cuius tertij viri mortem Margarita ab intestato superstitibus tribus filijs vno masculo et duabus feminis nuptis et dotatis vt supra. item superstite alia filia femina ex secundo viro nupta ⁊ dotata vt supra ⁊ superstite nepte ex filio femina ex tertio viro nupta ⁊ dotata vt supra presupponitur in facto ꝙ in ciuitate senarum extant infra scripta statuta ⁊c. rubrica. Quod mulier dotata nō succedat stantibus masculis. mulier nupta ⁊ dotata a pr̄e vel fratre seu patruo matri sue ab intestato non succedat ꝙdiu superstit filius masculus et ex ea nedum ipsa filia sed nec descendentes ex ea succedere possint auo materno vel auie materne proauo vel proauie ꝙdiu superstint filij masculi vnus vel plores auo materno vel auie materne proauo vel proauie descēdētes masculi ex ipsis filius masculis q. legitimo matrimonio. ⁊ ꝙ mulier intelligatur nupta et dotata ut ab illa persona ex qua maritus vel alius quicunque pro marito dotem seu aliud nomine dotis confessus fuit supra vel fuerit receptus vel recepit seu recipiet. et cui dotem promisit vel promittet restituere pro vxore sm morem ⁊ cōsuetudinem notariorum ciuitatis senarum. ⁊ circa aliud statutū nulla interpretatio fiat vel admitti debeat sup aliquo capitulo statu cōis senarū. sed sicut simplr̄ verba iacēt ⁊ posita sunt intelligant absque vlla interpretatione. aliud statutū. Item statuerūt ⁊ ordinauerūt sapiētes predicti ꝙ nulla interpretatio fiat vel admitti debeat sup aliquo capitulo statutorum cōis senarum sed sicut simplr̄ verba iacēt ita simplr̄ ⁊ vulgariter intelligantur absque vlla interpretatione. aliud statutum. ¶ Quod mulieres habentes filios nō relinquāt vltra quartā in .ij. distin. c. xxxj. Si qua mulier habens filios vel filias legitimos vnum vel plures cuiuscunque sexus fecerit testamentum vel codicillos vel donationem non possit relinquere donare vel vendere vel alienare. ita ꝙ filij eius qui remanserint positi possint priuari bonis suis nisi causa necessitatis et iunctio saluo ꝙ quartam partem bonorum suorum possit pro suo arbitrio dispensare ⁊ de ea disponere nō obstante dispositione quam primo fecerit. c. ij. distinc. posite sub rubrica qd mulieres habentes filios non relinquant vltra quartam partem addiderunt hec verba vez nepotes vel neptes ⁊ descendētes ex ea ⁊ detraxerūt de dicto capitulo hec verba fecerit testm̄ codicillum vel donationem: ⁊ addiderunt in fine dicti capituli hec verba. vez reliquae tres partes pro rata inter filios diuidantur.

¶ Consilium lxxxiiij.

1 Statuto stante quod extantibus masculis femina dotata non succedat an femina nata ex secundo et tertio matrimonio dotata excludatur ab hereditate matris et masculo existente ex primo matrimonio.
2 Statuta excludentia feminas fundantur in ratione conseruande agnationis.
3 Arguere licet a coniecturata ratione.
4 Interpretatio fit in statuto ratione euitande absurditatis.
5 Statutum intelligi debet ne possit a sapiente viro reprehendi.
6 Statuta recipiunt interpretationem passiuam a iure cōmuni.
7 Portio feminarum exclusarum a statuto propter masculum applicatur masculo.
8 Filia exclusa a statuto censetur extranea.
9 Statutum disponens quod mulier non possit disponere in preiudicium filiorum vltra quartam censetur augere legitimam filiorum vsque ad tres quartas.

Consilijs nostris trinus

societas enim non solum expresse sed etiā tacite cōtrahitur. insti.
pro socio. in prin. z in. l. cōsensu. ff. de actī. z obli. ɔtinuat societas
ta. nñ ita expresse z tacite. l. vt sit p socio actio: cū duabus sequē
tibus. z. l. iiij. z. l. itaqꝫ. ff. pro soc. cōsensus aūt etiā demonstratur
per actus facti. vt in. d. l. pro herede. §. pap. z in. l. si nulla. C. de iure
deli. z declarat Bar. in. l. titium z meuiū. §. altero ff. de admi. tu.
si ergo predicti Nicolaus z Jacobus prosecuti fuerūt dictas ra
tiones sub noīe heredū dicti Pauli z sociorum quis dubitat eos
voluisse societatem cōtinuare siue renouare: hoc etiā ostēdit ex in
titulatione z proemijs libroꝝ dicte societatis ex quibus colligit
dictos Nicolaum z Jacobum prosecutos fuisse dictā societatē
quam primo prosequebant noīe Pauli z sociorum postea fuisse
prosecutos noīe heredum dicti Pauli z sociorū: qn̄ huiōi proe
mijs z intitulationibus ostendit qui fuerūt socij in traffico vt in
quit notabilr̄ Bar. in. d. l. titiū z meuiū. §. altero. ff. de admi. tu. z
Bar. in. l. si patruus. C. cōia vtriusqꝫ iudicij. facit etiaʒ: nā ex quo
administrauerunt z prosecuti fuerunt dictas rōnes presumunt
sciuisse dictas intitulationes cum in facto proprio psumit scien
tia z nō sit pbabilis ignorātia iuxta nota. in. l. si. ff. pro suo. z in. l.
q̄ q̄. ff. ad velle. si ergo sciuerunt dictas intitulationes z sub illis
prosecuti fuerūt dictas rōnes clare dat intelligi qd voluerūt pro
sequi dictam societatem put prius erat stando z exercendo nego
cia societatis prout prius sub nomine heredum dicti Pauli ad
hoc. l. item querit. §. qui impleto z. l. qui ad certū. ff. loca ¶ Pre
terea quod dicti Nicolaus z Jacobus habuerint animuʒ prose
quendi

quendi societatē colligit manifeste q2 nō potuissent iuste salua cōscien
tia si nō habuissent animū ꝓsequendi dictā societatē z renouādi mer
ces cōes vēdere z pecunias erogare z in alios suos vsus ꝯuertere ꝑ id
qđ habet in.l.merito.ff.pro so.facit qđ not.in.l.sabinus.ff.cōi di. z in.l.
duo fratres.in fi.ff.de acq.he.z hoc posset ꝑ plura alia cōprobari q̄ sta
tim dicentur in.iii.q.prin.z dicuntur prosecuti dictā societatē z isti cē
sent fuisse ꝓsecutos procuratorio noīe heredū dicti Pauli ex quo p̄ce
debat mandatū dicti Pauli ad ꝓsequendū vt voluit Bar.ꝑ illū text.
in.l.q in aliena.§.si is qui.ff.de acqui.he.allegat ad idem text.in.l.qui
seruū.ff.de interro.acti.vbi ꝑ illū tex.hoc idē voluit Bar.ad idē tex.fꝫ
vā.lec.Dy.vbi Dy.hoc no.i.l.post dotē.ff.so.ma.quē sequit ibi imo.
lꝫ Bar.ibi cōtrarium senserit:idē voluit Bald.in.l.cum non solum.in
prin.C.de bo.q̄lib.Ad idē tex.in.l.si seruus cōis sit omniū.z in.l.pen
de.ff.de stip.seruo.z tenet Romanus in.d.l.post dotē.vbi hoc ꝑ plura
cōfirmat z Imo.z Ro.in.d.l.qui in aliena.§.si is qui z Bal.in.l.si li
teras.in fi.C.man.z est magis cōis opi.que fine aliqua dubitatione ꝓ
9 cedit in terminis nr̄is ex quo † precessit mandatū z ipsi gesserūt actū
suꝑ re cōiter pertinēte ad eos z dñm eoꝝ:vt est casus.in.l.si post mor
tē.in fi.z ibi Bar.ff.qñ ex facto tutoris.z lꝫ Bar.in.l.i.§.nunciatio.ff.
de no.ope.nū.z Bar.in.l.q mihi donatū.ff.de do.z ro.in.d.l.post do
tē.z maxime q2 vident hoc egisse noīe dñi ex quo libri traffici intitula
ti sub noīe heredū dicti Pauli sūt retēti ꝑ dictos Nicolaū z Iacobuꝫ
ꝑ id qđ.s.dictū est. ¶ Sꝫ difficultas vr̄ stare in alio in p̄nti dubitatio
ne nā societas est ꝯtus q ꝯsensu ꝑficit z contrahit.d.l.consensu.ff.de
acti.z obli.sed in cōsensu requirunt duo simul consentientes.l.i.§.vsqꝫ
10 adeo.ff.de pac.ergo ad hoc † vt possit societas contrahi dꝫ esse distin
ctio personaꝝ inter socios:sed in casu nr̄o dicti Nicolaus z Iacobus
erāt socii dicti Pauli:ergo nō potuerūt cū ipsismet societatē ꝓseq:vñ
in simili dicimus qđ ꝓcurator nō pōt emere a seipso vendēte noīe dñi vt
est casus clarus in.l.si in emp.§.fi.ff.de ꝯhen.emp.dꝫ eñ esse inter ꝯtra
hentes distinctio ꝑsonaꝝ vt tradit in.d.l.ii.ff.de stip.seruo. ¶ Sed ad
hoc possum r̄ndere quod iuris fictione reputant plures ꝯhentes:naꝫ
in quātū sunt ꝓcuratores representant ꝑsonā dñi inquātuꝫ vero sunt
Nicola9 z Iacob9 representant ꝑsonā eoꝝ.s.Nicolai z Iacobi:sed qñ
duo iura ꝯcurrūt in ꝑsona vnius idē est iudicādū acsi in ꝑsonis duoꝝ
cōcurrerent;argumēto eius qđ habet in.l.tutorē.ff.de his q̄bus vt in
dig.z ita cōcordat Cy.in.l.cū ipse.C.de ꝯhen.emp.vbi voluit glo.hoc
in vna soluti.idē gl.in.d.l.si in emp.§.fi.Ad idē tex.z ibi gl.z bar.in.l.
pupillus.§.sane.ff.de admi.tu.faciunt q̄ dicta fuerūt.s.in.i.q.accedāt
no.in.l.si cōsul.ff.de adop. ¶ Et si dicat ꝓcurator nō pōt nocere dño
cōtrahēte cū ipsemet sit ꝓcurator:vt est casus in.d.l.si in emptiōe.§.fi.
ff.de cōtrahē.emp.r̄ndet qđ ex quo talis prosecutio societatis fuit fa
cta palam z bona fide potuit hoc fieri vt est casus z ibi hoc glo.z oēs
no.in.d.l.cū ipse.C.de cōtrahen.emp.z gl.z Bar.de saly.in.d.l.in em
ptio.§.fi.z est tex.z ibi Bar.in.d.l.pupillus.§.sane.z ita fuit in termi
nis nr̄is:qñ demōstrat bona fides q2 hoc fecerunt p̄cedente mādato
testatoris.Itē mādato substituentiū.Itē q2 societas vsqꝫ ad illud tp̄s
fuerat multū suplucrata.Itē q2 vt in puncto p̄supponit ipsi socii vcꝫ
Iacobus z Nicolaus fuerūt diligētes lꝫ cōtigerit ꝓpter aduersaꝫ for
tunā trafficū fuisse in dāno:facit.l.cū fideicōmisso.C.de trāsac.z tūc ꝓ
secutio societatis apparebat vtilis dictis pupillis.ex q̄bus concludit
qđ dicta societas tā̄ palā z bona fide valere potuit z potuerūt dicti
Nicolaus z socii ipsaꝫ ꝓsequi. ¶ Preterea pōt solui:q2 in casu nostro
essent duo procuratores vnusquisqꝫ insolidū:vñ pōt censeri actus ge
stus a Nicolao ꝓcuratorio noīe heredū cum dicto Iacobo z ecōtra a
Iacobo ꝓcuratorio noīe hr̄dū cū Nicolao:qđ q̄dē fieri potuit:vt est
casus fm vnū intellectū in.d.l.cū ipse.vbi hoc ꝯcludūt Bald.Saly.z
Pau.de ca.z Saly.in.d.l.si in emp.§.fi.facit tex.in.l.iii.z.v.ff.de aut.
tu.z hoc mō intelligunt ꝓsecuti fuisse dictā societatē ad hoc vt actus
poti9 valeat q̄ ꝑeat.l.quoties.ff.de re.du.z.l.quoties.ff.de v.sig.z hoc
maxime q2 apparet de volūtate ꝯhentiū qđ voluerunt valide proseq
dictā societatē. ¶ Preterea procuratores suscipiunt potestatē ex for
ma mandati.l.diligēter.ff.man.z.l.non distinguemus.§.de offi.ff.de
arbi.cū si.est z alia regula qđ cōtractus sumūt robur ex cōsensu ptiuꝫ
z earū cōuentione.l.legē.C.loca.l.legem.C.de pac.cū ergo fuerint isti
facti procuratores ad prosequendā societatē quaꝫ ipsi prius habebāt
cū ipsis constituentibus siue eorū dñis pro certo nō video quare non
potuerūt fungi duplici ꝑsona z tacite de nouo societatē inire cum ois
prohibitio de qua in.d.l.si in emptione.§.fi.ff.de ꝯhē.emp.videat cō
siderari ꝓpter p̄iudiciū dñi cōstituētis q fraudari posset vt ibi no.in
d.l.cum ipse.z in.d.l.pupillus.§.sane.z ex his patet manifeste quod
nō obstat ii p̄dicta obiectio:nec vr̄ ꝯsiderabilis etas heredū q sunt in
pupillari etate ex quo mādatū fuit solēniter a maiore cocessum per id
qđ no.Bal.in.l.si pupillorū.§.i.ꝑ illū tex.post Dy.ff.de re.eo. ¶ Pre
terea hic diceret ptineret ad pupillū nō ad eos si ipsi vellent cōtractuꝫ
non valere rōne etatis ipsis nolentibus nō pōt hoc fieri vt est casus in
l.iulianus.§.si qs pupillo.ff.de act.emp.facit.l.si iudex circūuēto.cuꝫ
ibi no.ff.de mino. ¶ Circa tertiā questionē etiā cōcludenduꝫ arbitror
11 qđ dictus † Petrus antonii z dictus Samuel censentur cōsensisse di
cte prosecutioni societatis ꝓsecute ꝑ dictos Nicolaum z Iacobū:naꝫ
licet dictus Petr9 et.d.Samuel nō ꝓbētur exp̄sse cōsensisse dicte ꝓse
cutioni dicte societatis et per cōsequēs quod nō videat obligati ob di
ctā ꝓsecutionē qñ societas est cōtract9 q ꝑficitur cōsensu duoꝝ:insti
ꝓ socio.in prin.l.i.ff.de pac.vñ cū societas fuerit morte finita ex mort.
vnius ex sociis vt.l.actionē.§.morte.ff.ꝓ so.et in.l.verū.§.societas.z.l.e
nemo.eo.ti.insti.ꝓ socio.§.soluit.nō potuit dicta societas renouari sin.
consensu exp̄sso vel tacito dicti Petri et dicti.d.Samuelis:exp̄ssus e
autē nullus vr̄ ostēdi nec etiā tacitus igit nō vident dicte ꝓsecutiōi cō
sensisse. ¶ Tñ istis minime obstātibus ꝯtrariū puto verius qñ vt.s.dixi
societas pōt cōtinuari expresse z etiā tacite in.d.l.iii.cum duabus se.ff.
pro so.qui quidē tacitus cōsensus nō solū verbo sed etiā re demōstra
12 ri pōt adeo ꝙ † ad p̄sumēdū cōtractum societatis sufficiūt actus qui
solēt fieri inter socios etiā si nō inferant necessario ad inducendam so
cietatē.hoc ostēdā.Nam ementes rem cōem ꝓ indiuiso vident cōtra
here societatē.l.nihil.ff.cōi diui.ibi veluti inter eos qui pariter eādē reꝫ
emerūt:et ibi Bar.et Bal.in.l.cū ꝓponas.C.pro so.z Ang.in.l.quidā
iberus.ff.de seruī.vrba.predi.facit tex.insti.de obli.q̄ ex quasi cōtractu
nas.§.si inter.z tñ constat ꝙ talis actus fieri potest citra ius et nomē
societatis.l.vt sit pro socio actio.cū seq.ff.pro soc.sic lꝫ qs soluere possit
alienū debitū.l.solutionē vl' iudiciū.ff.d solutio.tñ ꝑ solutiōe debiti p̄
sumitur adita hereditas lꝫ potuisset illud fieri citra ius z nomen here
dis casus est in.l.ii.C.de iure delib.Item res aliena legari potest:et tñ
reliquēdo partem hereditatis videt adita hereditas vt est casus in.l.si
auia.C.de iure delib.Concludit ergo ex p̄missis qđ ex actib9 qui soliti
sunt cadere inter socios intelligit contracta societas lꝫ forte fieri possēt
ob aliā causam:vꝫ eñ argumētū a cōiter accidentibus.l.qđ si nolit.§.
q2 assidua.ff.de edi.edic.l.vel vniuersoꝝ.ff.de pig.act.l.si fund9.ff.de.l.
commisso.l.semper in stipulatiōibus.cū cōcordātibus.ff.de reg.iur.ꝑ
q̄ dico quod predicti Petrus z dictus samuel relinquēdo capitale sic
quod habebāt sup dicto trafficō post mortē dicti Pauli et lucrū qđ eis
obueniebat z nō petēdo diuisionē sed ꝑmittēdo qđ dictū trafficū ꝓse
queret p̄sumendū indubitāter est qđ ob cām societatis:z hoc magis cū
p̄dicti Petrus z dñs Samuel scirent mortē dicti Pauli et scirēt qđ
dictū trafficū ꝓsequebat cū hoc esset publicū in ciuitate iuxta glo.no.
in.l.si tutor.C.de peri.tu.et id qđ not.Bar.in.l.is pōt.ff.de acqui.he.
nō est cēsendū qđ aliquo mō dimiserit capitale si quod habebāt et lu
cra q̄ sciebāt esse in dicto trafficō nisi in cām societatis q2 vt audio.sunt
hoīes diligētes et nō est quoquo modo p̄sumēdū quod voluerit iacta
re suū.ar.l.cū de idebito.ff.de pb.z.l.si cū aurū.ff.de so.z hoc magis q2
vt audio ipsi tenet p̄dictis heredibus Pauli vinculo cōsanguinitatis
z affinitatꝭ:cōsanguinei aūt z affines p̄sumūt scire facta ꝯsanguineo
rū et affiniū:in.l.octaui.ff.vñ cogna.ti.z ꝑ Bar.in.d.l.is pōt.ff.de acq
here.et.l.mutuū.eo.ti.Quib9 omnibus simul iunctis.s.sciētia mortis
dicti Pauli lucroꝝ sup dicto traffico ptinētiū ad dictū Petrū dñm Sa
muele ecientia nō petita diuiso p̄sumpta scientia prosecuti traffici q2
publice z q2 cōsanguinei et diuisio capitalis z lucroꝝ sup dicto traffico
pro certo indubitāter arguunt ipsos voluisse prosequi dictā societatē
et hoc maxime q2 cōiter mercatores florētini sunt diligētes z non ꝑmit
tunt pecunias dormire et stare penes alios et velle ita suū iactare.iuxta
d.l.cū de indebito.est cēsendū quod voluerint qđ dicta societas reno
uaret et si dicat ipsi nihil fecerūt et nō entiū nulle sunt ptes z sic ex nō
entibus nō pōt aliqd induci.l.adeo.§.qđ in toto.ff.de acqui.re.do.et
no.l.i.ff.de iud.z no.Bar.in.l.i.ff.de acqui.he.facit tex.in.l.x.ff.de ver.
ob.z in.c.ad dissoluendū.de despon.impub.r̄ndetur quod etiā ille qui
nō facit cēsetur facere vt in regula q nō facit.ff.de reg.iu.et in.l.in frau
dem creditoꝝ.et in.l.alienatio.in prin.z in.l.facere opꝫ.ff.de ver.sig.cū
si.Itē etiā ille q patitur vr̄ cōsentire et actū de nouo inducere.vt in.l.
qui patitur.ff.mandati.l.si vero nō remunerādi.§.passus.ff.mandati.
13 z ꝑ Bar.in.l.q dotis.ff.so.ma.vñ † ex patiētia prosecuti traffici nō prece
dente diuisione aliqua vidētur voluisse ꝓsequi dictā societatē maxime
ꝑmittēdo quod prosequeretur ꝑ eosdē institores:ad hoc facit:nā et q
post tp̄s locatiōis finite permittit cōductorē stare in re locata videt re
locare.l.ite querit.§.qui impleto.ff.loc.§.qui ad certū.ff.eo.ti.accedat
etiā.Nā etiā ex non factis resultat editio.l.i.C.de rep.here.tradit bar.
in.l.gerit.ff.de acq.he tradūt plene ordinarii in.l.nō hoc.C.vñ cogna.
ex quib9 cōcluditur presumi renouationē societatis:z ita al's in simili
casu per p̄dicta reperio cōsuluisse genitorē meū et refert etiā ꝑ alios ita
fuisse cōsultū. ¶ Que in casu nr̄o etiā cōfirmatur nā sicut socii sepa
tim agere incipiūt z vnusquisqꝫ sibi negotiatur tacite ius societatis di
citur dissolui.vt in.l.itaqꝫ.vbi casus.ff.pro socio.ita a cōtrario dicam9
qñ non fit diuisio traffici censendū societatē cōtinuari.Itē sicut dicit
societas dissolui qñ vn9 ex sociis agit vt portio sua sibi detur.l.actione.
in prin.ff.pro socio.q2 actio pro socio nō oritur durante societate.l.iam
diu.et ibi per Bal.C.pro socio.et in rub.eo ti.ita dicā societatē cōtinua
ri qñ finita societate socii nō petunt portiones eorum qñ cōtrariorum
idem est iudicium.l.i.ff de his qui sunt sui vel alie.iur z in.l.inter stipu
lantem.§.sacram.z ibi Bart.ff.ver.ob.rectum eñ sui iudex est z obli
qui vt inquit Aristo.i.topicorum:et probatur in.l.si ex toto in prin.ff.
de le.i.z in.l.si vt proponis.C.de nup.per q̄ dicamus quod illud quod
operatur propositū in ꝓposito opatur oppositum in opposito. ¶ Cō

14 firmanẽ ẽt predicta. Nam † presumptio volũtatis ɔ̃hentiũ sumiẽ a priori a posteriori ꝛ ab vtroqȝ simul iũcto vt inqt elegãter Bald. in l. multũ interest. C. si qs alteri vel sibi. a priori ꝓbaẽ in l. iij. §. si ab igno to. ff. de manu. ꝛ in l. titio. §. adẽ rñdit. ff. de ver. ob. ꝛ i. l. itẽ qa. ff. de pac. Et hec ꝑsumptio cadit in terminis nostris cũ dicti Petrus ꝛ do. Samuel fecerint substitutos ꝓcuratores ad prosequendũ dictas societates que sine eoꝝ ɔ̃sensu expresso vel tacito nõ poterant ꝓsequi: ex quo manifeste daẽ intelligi intẽtionẽ ipsoꝝ esse qꝺ dicte societates ꝓsequerenẽ alias frustra substituissent ad ꝓsequẽdũ: ex quo eni voluerũt hoc ɔ̃seqũes colligiẽ ex mẽte eos voluisse ẽt antecedẽs necessariũ. l. ad rem mobilẽ. ꝛ l. ad rẽ legatã. ff. de ꝓcu. ꝛ l. ij. cũ ibi no. ff. de iur. om. iud. nec eorũ protestatio aliquid operaẽ de qua in instrumẽto substitutiõis qꝛ ꝓtestanẽ qꝺ intelligũt se obligare ex dicta substitutiõe: qꝛ nõ ɔ̃ĩmus ꝺ n sint ex dicta substitutione obligati vt ꝓcuratores substituẽtes sed vt ipsi ꝓprio noĩe ex tacita ꝓsecutione societatis quã arguimus ex dicta substitutione postea fuisse secutũ: vñ sumitur ɔ̃sensu dictoꝝ Petri ꝛ do. Samuelis fuisse qꝺ dicta societas ꝓsequereẽ. Sumiẽ ẽt ꝑsũptio a posteriori ex nõ diuisiõe societatis: vt. s. clarissime demõstraẽ. Ꝺ vtroqȝ simul iũcto ꝓbaẽ qñ priora cõsonant actibus sequẽtibus ꝛ sequẽtia prioribus vñ dicta ꝓsecutio ɔ̃cordat ẽt cũ scriptura librorũ vnde cũ reperiaẽ facta dicta ꝓsecutio dicte societatis etiã noĩe ipsoꝝ est censendũ eos ɔ̃sensisse cuȝ ex dicta substitutione ostendaẽ ipsos habuisse animũ ꝓsequẽdi: ex primordio eñ tituli posterior formaẽ euẽtus. l. quedam mulier. ff. de rei vẽ. ꝛ l. fi. C. de ipo. lucra. descrip. ex ꝑcedẽtib⁹ rõcinus interpretaẽ qꝺ secutũ est. l. tutia. §. adẽ rñdit. ff. de ver. ob. ꝛ l. si qs cũ aliter. ff. de ver. ob. ꝛ ex ꝑcedẽtibus declaranẽ sequentia ꝛ econtra. l. ꝗ filiabus. ꝛ l. si seruus plu. ff. de leg. j. ꝛ ex his ẽt media ꝑsumunẽ vt ꝑ Bar. in l. celsus. ff. de vsuc. vñ cũ oĩa ɔ̃sonent hinc tacite ꝓsecutionem ꝑsumere debemus: inqt eñ Aristoteles primo ethicorũ vero oĩa cõsonãt falso aũt cito dissonat qꝺ verũ est. ℭ Cõfirmaẽ etiã ꝑdicta ex noua libroꝝ intitulatione dicti traffici facta ꝑ eundẽ institorẽ prius quaȝ hẽbãt oẽs dicti socij ꝑ quã intitulationẽ ondiẽ ꝗ sint socij in traffico, ꝛ quoꝝ socioꝝ noĩe trafficũ exerceaẽ vt ɔ̃cludit Bar. in l. titiũ ꝛ meuiũ. §. altero. ff. de admi. tu. ꝛ Bart. ꝛ Bal. in l. si patruus. C. cõia vtriusqȝ

15 iud. ꝛ † ex dictis proemijs ꝛ intitulatione arguim⁹ mentẽ statuentium testãtium ꝛ ɔ̃hẽtiũ: vt in l. fi. cũ ibi no. ff. de he. insti. ꝛ in l. j. ꝛ ibi Bar. ff. ad mace. ꝛ in l. rl. o est. in verbo nã initiũ ɔ̃stitutionis demonstrat. ff. de iur. ꝛ fac. igno. Quẽ tex. ad hoc allegãt Ant. de bu. in cle. j. extra de elec. ꝛ gl. ꝛ Ang. in l. j. ff. de iud. tradit Cur. in c. pt. de cle. ɔ̃iug. ꝛ Bal. in c. ij. regnis. extra de app. vñ cũ in intitulatione libroꝝ dicaẽ qꝺ societas q̃ erat inter Paulũ ꝛ socios ɔ̃tinuat inter heredes Pau. ꝛ socios: ꝓ certo nõ video qd possit in ɔ̃triũ obijci quominus nõ dicamus dictã societatẽ ɔ̃tinuatã: ꝛ hoc magis indubitãter est veꝝ si dicto libro fides

16 adhibeẽ ꝓut est cõiter in ciuitatibus † Italie cõsuetudo qꝺ deẽ fides libris mercatoꝝ q̃ ɔ̃suetudo talẽ ꝓbationẽ inualidã. iugiti. trationes. ꝛ l. exẽplo. C. de ꝓba. validã reddit vt tradit Jo. an. in addi. Specu. in ti. de instru. edit. in magna addi. ver. vij. supplemẽtũ ꝛ est tex. in c. cum dilectus. extra de fi. instru. quẽ ad hoc allegat Ro. in l. admonendi. ff. de iureiu. qꝺ tenent Jo. an. ꝛ Abb. mod. in c. j. de cõsuetudine. ꝛ Bal. in sua magna repe. l. cũctos populos. C. de sũ. tri. Quod tñ est itelligẽdum ꝓm qꝺ elegãter declarat Bal. in l. j. C. de ɔ̃fessis. ꝛ Abb. Mod. in c. bone. el. ij. extra de postu ꝓla. ꝛ hoc maxime cũ fuerit facta scriptura ꝑ cõem institorẽ ꝑ quẽ dñi soliti sunt obligari. l. institor. l. cuicunqȝ. in fi. cũ sequẽtibus. ꝛ ꝑ totũ. ff. de institoria. cui⁹ mãdatũ nõ expirauit ex ꝑte supueniẽtiũ: nec etiã ex ꝑte dicti Pauli si vis negociationi ꝑpositus erat. l. si qs mãcipiis. §. si impubes. ff. de institio. tradiẽ plene in l. eius qui in ꝓuinciã. ff. si cer. pe ℭ Accedat nam huiõi institores soliti sunt huiõi intitulationẽ facere de mandato sociorũ noiatorũ: igiẽ est censendũ qꝺ de eorũ mandato hoc fecerit. l. vel vniuersorũ. ff. de pign. act. ꝛ no. Bar. in l. fi. C. de eden. ꝛ tradiẽ in l. quedaȝ. §. nũmularios. ff. eo. ti. ꝛ in c. j. extra de ꝓba. ꝛ hoc maxime cũ ostendaẽ prosecutio societatis ꝛ nõ inchoatio noue in quibus nouiter inchoandis fieri soleẽ expresse ɔ̃uentiões ꝛ colligiẽ etiam coniectura ex lucro habito ex dicto traffico vnde est ꝑsumendũ qꝺ partes voluerint prosequi dictũm lucrum vnde ex oĩbus ꝛ singulis simul iunctis concludo cõtinuationes eiusdem ꝓone societatis sine renouatione ostendi ꝛ ꝑ ɔ̃ñs dictũ Petrum ꝛ dictũ Samuelẽ ꝓ eorũ ratis obligatos fore ad debita ꝛ dãna passa in dicto traffico post mortẽ dicti Pauli per regulam l. si nõ fuerint. in prin. ꝛ §. j. ꝛ ibi gl. ff. pro soc. ꝛ insti. pro soc. §. j. ꝛ. ij. ꝛ no. gl. bal. ꝛ Saly. in l. j. C. ꝓ soc. Ad idẽ tex. in l. si fratres. §. per ɔ̃trariũ ff. ꝓ soc. ex his remanet expedita iij. q. prin. ℭ Circa quartã ꝛ vltimã q̃stionẽ arbitror cõcludendum dictos pupillos obligatos esse: nam licet nec expresse nec tacite possit cum ipsis censeri societatem initam. l. in cõditionibus. ff pro soc. tradit Bar. in. d. §. altero. ꝛ in. d. l. si patru⁹. tñ ex quo societas fuit inita prout patris ꝓcuratores qui durauerũt post mortẽ ꝑ quos potuit dicta societas continuari non video cur nõ dicamus dictos pupillos obligatos ex quo cum eis nihil gestum est⁹ sed cum procuratoribus patris duraturis post mortẽ: bene facit in ar. l. sed ꝛ si pupillus. ff. de insti. ꝛ eo maxime quia predicta fuerunt gesta palã ꝛ bõa fide ꝛ omnis fuit adhibita diligentia per id qꝺ hẽ in l. cũ ipse. C. de cõtrahẽ. emp ꝛ in. d. l. si emptione. §. fi. eod. ti. ꝛ in. d. l. pupillus. §. fane. ff. de admi. tu. obligãtur ẽt ex facto institoris ɔ̃stituti a patre vt est casus in. d. l. si pupillus. ꝛ in. d. l. si quis mãcipijs. §. si impubes. ff. de insti. et quia res satis clara mihi vr̃ presuppositis his de qbus in puncto solũ ꝑcedẽtia bonoꝝ lucroꝝ voluntas patris volũtas ꝓcuratorum patris ꝛ diligẽtia sociorũ: idcirco me vlterius nõ extendo. Laus deo.

ℭ Consilium. lxxxviij.

1. ℭ Uerba contractus inspiciuntur ad cognoscendam qualitatẽ contractus.
2. Fructus redditus ꝛ prouẽtus alicuius pedagij si vendãtur an ꝛ quãdo dicatur contractus locationis vel venditionis.
3. Conductor si prohibeatur vti frui an ꝛ quãdo locator teneatur ad remissionem mercedis ꝛ interesse.
4. Restitutio quãdo debeat fieri propter impedimentum temporis.

Consilijs nostris trinus de⁹

optimus adsit vt fas ꝑpetuo sanctaqȝ iure loquar. ℭ Considerata ꝑdicta facti ɔ̃tingẽtia tria si recte ꝑcipio dubia eliciunẽ. ℭ Primũ dubiũ qꝛ ɔ̃ctus censeaẽ initus inter dictas ꝑtes an vẽditionis locationis vel alius ɔ̃ct⁹. ℭ Scdȝ est an dictis meo Antonio ꝛ Frãcisco berti ex quo nõ potuerũt piscari ꝑpter ꝓhibitiones superioris debeat fieri remissio ficti. ℭ Tertiũ ꝛ vltimũ ꝑ quo tpe talis remissio fieri debeat. ℭ Circa primã dubitationẽ prima facie videbeẽ dicendũ ꝙ dictus cẽseretẽ ɔ̃ctus vẽditionis. Nã ad cognoscẽdã qualitatẽ ɔ̃ctus verba eius sunt inspiciẽda. vt in auẽ. de resti. ꝛ ea q̃ parit. et l. fi. C. cõia vtriusq̃ iu. ꝛ ꝑ Bal. tradiẽ in l. lecta. ff. si cer. pe. ꝛ in l. sed ꝛ re

1 probari ꝑ illũ tex. ff. de excu. tu. sed verba † ꝑdicti ɔ̃ctus clare sonãt cõtractum emptionis ꝛ vẽditionis dũ dicit dederũt ꝛ vẽdiderũt: vñ cum verba sint clara nõ videtur opus alia interpretatiõe nec a tali significatione verborũ debet recedi vt in l. si aliũ. ff. de vsufru. leg. ꝛ l. ille aut ille §. cũ in verbis. de leg. iij. ꝛ l. nõ aliter. eo. ti. ꝛ in l. j. §. si is qui nauẽ. ff. de exercito. imo quecũqȝ fuerit velata intẽtio verbis stãdum est nec sunt verba cauillãda. l. ij. §. fi. ff. ad tertul ex quibus clare vr̃ concludi quod dictus cõtractus cẽseatur cõtractus emptionis ꝛ vẽditionis: facit qꝺ no. in l. §. celsus. ff. de ɔ̃trahẽ. emp. ꝛ l. si quis ita. ff. de vsufructu. ꝛ optime facit text. iũcta glo. in l. põponius. ff. quibus mod. vsusfru. amit. ꝛ hãc opi. in casu nostro videẽ sequi Imol. in l. cotem ferro. §. qui maximos. de publi. ꝛ idẽ Imo. in c. ꝑpter sterilitatem. in pe. col. extra de lo

2 ca. ℭ His tñ nõ obstãtibus cõtrariã sniam veriorẽ existimo † ꝙ imo dictus cõtractus cẽseatur esse cõtractus locationis. pro cuius cõclusionis demõstratiõe est aduertẽdũ ꝓm Bar. in sua solẽm disputatione q̃ incipit publicanus que ꝛc. vbi agiẽ vt pro certo pretio qd tradatur et trãsferatur dñiũ vel vsucapionis ɔ̃dictio. ꝛ tũc est cõtractus venditionis. ꝛ in l. ɔ̃uenit ꝛ l. cũ manu sata. §. fi. ꝛ in toto ti. ff. ꝛ C. de cõtrahen. emp. ꝛ idem si agatur vt trãsferatur aliquod ius vt in. d. l. iij. §. fi. ff. de vsufru. vbi vero agitur vt qui pecuniam recepit nullum ius transferat sed tantũ faciat vel opereẽ tũc est cõtractus locationis. l. item si in pretio. §. fi. ff. locati. l. naturalis. §. cum do. ff. de prescrip. verbis. ꝛ isto casu nõ refert vtrum ɔ̃stituaẽ vnũ pretiũ ꝑ toto tpe vel singulis tẽporibus ff. loca. l. ꝗ opas. ꝛ l. ea lege. §. locaui. Aliqñ ɔ̃uenit vt ille ꝗ pecuniam recipit mixtim aliqd facit qꝺ cõsistit in dãdo vel in faciẽdo et tunc aut datio venit principaliter: fieri aũt venit in quãdã ɔ̃sequẽtiã ꝛ erit emptio. vt. ff. loca. l. ij. §. j. insti. e. §. item q̃riẽ aut fieri pricipaliter venit: sed dari in cõsequẽtiã: ꝛ erit locatio ꝛ ɔ̃ductio. vt. l. item si ꝑtio. §. anulum ff. loca. Aliqñ vero dubitaẽ qꝺ istorũ principaliter veniat vt in casu. d. disputatiõis Bart. qñ fuerũt vẽditi vsusfructus redditus ꝛ ꝓuẽt⁹ alicuius pedagij ꝓut est casus noster in quo fuerũt vẽditi vsusfruct⁹ redditus ꝛ ꝓuẽtus seu obuẽtus piscatoꝝ foueaꝝ vinariorũ. Et tũc qꝛ põt intelligi ꝙ principaliter venit ius in ɔ̃sequẽtiã patiẽtia ꝛ esset emptio. itẽ ecõtra põt intelligi ꝙ patiẽtia veniat pricipaliter sed ex q̃dã ɔ̃sñia fruct⁹ faciat suos ꝛ erit locatio. l. ex ɔ̃ducto. in pri l. si merces. §. ꝗ fũdã l. si in lege. §. colonus. ff. loc. ꝛ tũc hoc casu qꝛ datio mercedis ꝛ q̃litas facit discernere emptionẽ a ɔ̃ductione vt no. gl. in l. j. §. j. ff. de superficiebus. distinguiẽ ꝙ aut fit vna solutio pro oĩbus annis siue ɔ̃stituiẽ vna solutio ꝑ oĩbus annis ꝛ nõ singule solutionis annuatim: ꝛ hic nõ est casus nr̃: qꝛ fuit ɔ̃stituta annua solũ. lxx. flo. singulis annis vsqȝ ad quatuor annos. quo casu qñ est ɔ̃stitutũ vnicũ pretiũ pro toto tpe qd turis plane distinguit Bar. ꝛ posteũ Jo. de imo. in l. cotem ferro. §. ꝗ maximos. ff. de publi. ꝛ ꝑ Bar. in l. si merces. §. culpe. ff. loc. ꝛ ꝑ Imo. in locis ꝑallegatis. ꝛ Bal. in extra. de pace cõstantie. in ver. vasalli. facit qꝺ no. in l. fi. ff. solu. ma. ꝛ qꝺ no. Bar. in l. interdum. §. qui ex naufragio. ff. de acq. pos. Aut ꝑtium venit annuatim soluendum vsqȝ ad certũ tpꝰ ꝓut est casus noster: ꝛ tunc est locatio ꝛ nõ emptio vel venditio: ita cõcludit Bar. in. d. disputatione per id quod voluit glo. in l. j. C. de iure emphy. vbi hoc tȝ Bar. ꝛ Bar. de saly. in fi. opp. ꝛ hoc per plura ꝓbat bar. ꝛ plene rñdet ad obiecta i ɔ̃. in. d. disputatiõe: hoc idẽ est ꝺ mẽte bar. l. d. §. ꝗ maxios. ad idẽ no. bar. i. d. l. j. §. j. ff. ꝺ superficieb⁹. faciũt no. ꝑ bal. in. l. ꝗ se ꝑfin. C. vñ lib. ꝛ ꝑdictã opi. bar. ẽt sequiẽ Pe. de anch. in c. ꝑpẽ sterilitatẽ. de locu. hãc etiã opi. tȝ Bar. in addi. spe. in ti. de locato. in j. col. vbi post multa loquendo de venditione lacus perusie

perusie dicit questionē decidendā fm no p Bar. l locis pallega. ex qbus cōcluditur in casu nro pdictū ꝯtū censeri ꝯtum locationis ꝛ non emptionis vel venditionis. ¶ Quod ēt dignoscit ex alio. nā in pdicto ꝯtu cōtinet qd debeat fieri remissio mercedis ppter guerras p illo tpe quo vti frui nō possent qd est fm naturā ꝯtus locationis. l. ex ꝯducto. §. i. ꝛ l. si merces. §. vis maior ff. loca. ꝛ ꝯ naturā ꝯtus vēditionis q̄ est vt oē periculū ptineat ad emptorē. vt in. l. necessario. ff. de periculo ꝛ cōmo. rei vendite. ¶ Hec obstant allegata in ꝯrīū qꝛ vt inquit Bar. in. d. disputatione q̄ incipit publicanus. nō debemus curare verū contractus dicat emit vel ꝯducit: qꝛ hoc esset imponere legē verbis ꝛ non rebus. ꝯ. l. ii. C. cōia de le. allegat no. in. c. ii. extra de locato. ꝛ idē cōcludit Bar. de Saly. in. d. l. i. C. de iure emphy. ꝛ Pe. de anch. in d. c. ppter sterilitatē. ꝛ Bar. ꝛ alii in. d. l. cotē ferro. §. q magimos ff. de publi. ꝛ est magis cōis oim opi. ex qbus remanet expedita. i. q. pricipalis. ¶ Circa scdam qōnē principalē est aduertendum quod decisio hec multū dependet a decisione pce qꝛ si fuisset contractus emptionis ꝛ vēditiōis prima facie qlibet dicere potuisset nullam debere fieri remissione mercedis cum vt dictum est de natura emptionis ꝛ venditionis sit vt celebrato ꝯtu periculum ptineat ad emptorē. vt in. d. l. necessario. ꝛ in. d. l. i. C. de periculo ꝛ cōmo. rei vēdi. tñ siue dicamus esse ꝯtū locationis siue emptionis ꝛ venditionis dꝫ fieri remissio mercedis ex quo fructus percipi nō potuerūt. Et in primis si dicamus esse ꝯtuꝫ locationis ꝛ ꝯductionis claꝝ est qd propter nō receptionē fructuum dꝫ fieri remissio mercedis. vt. d. l. ex ꝯducto. ꝛ. d. l. si merces. §. vis maior. ꝛ. l. iꝫ. ꝛ l. excepto. C. locati. nisi in casibus exceptuatis inter quos non reperitur casus noster quos plene ponit Jmo. in. d. c. ppter

3 sterilitatē. in. vj. col. ¶ Preterea in casu nro quando quis † prohibet vti frui distinguit qd aut locator illum phibere pōt ne impediat ꝛ tunc tenetur locator nedū ad remissionē mercedis ꝫ ad totū interesse. Aut phibetur ꝯductor ab eo quē locator phibere nō pōt vt est casus noster: ꝛ tūc simplr tenet ad remissionē mercedis. hanc distinctionē facit tex. in. l. si fundus. ff. locati. ꝛ glo. in l. eādē. C. loca. ꝛ per Bal in. d. l. ex ꝯducto. §. i. vbi ēt Cy in addi. ꝛ Bal. in. l. si ea lege. C. de vsur. ꝛ in ti. de pace constan in ver. vasalli. ꝛ in terminis nostris hoc per plura decidit in. d. disputatione q̄ incipit publicanus. ꝛ Pe. de anch. ꝛ alii in. d. c. ppter sterilitatē. ꝛ Bal. plene in addi. Spec. in ti. de loca. in. i. col. ꝛ hoc iatis est clarū apud oēs si dicamus fuisse ꝯtū locationis prout supra in. i. q. ꝯclusum est. ¶ Si aūt dicamus esse ꝯtū emptionis ꝛ venditionis tunc ēt Bar. no. in. d. disputatione q̄ incipit publicanus. cōcludit debere fieri remissionē mercedis qꝛ de tali ꝯtu iudicari debet sicut de locatione ppter solutionē q̄ fit annuatim qm venditio ꝛ locatio in eisdē regulis cōsistunt. vt. l. ii. in pri. ff. loca. maxime vbi est eadē ratio sed eadē rō est p oia in tali ꝯtu emptionis ꝛ venditionis put est in locatione vt plene pbat Bart. in. d. disputatione. igit fm eā dꝫ esse eadē iuris dispositio: hoc etiā sequit Saly. in. d. l. i. de iure emph. ꝛ Bar. in. d. l. cotem ferro. §. qui magimos. ꝛ Pe. de anch. in. d. c. ppter sterilitatē. ꝛ Bal. plene in venditione lacus perusini in dictis addi. vbi dicit qd remissio q̄ fit in vna spē ꝯtus dꝫ fieri in eius simili. arg. l. naturalis. §. pe. ff. de prescrip. ver. sed talis vēditio similis est locationi: nam vt paria copulant: vt in. l. venditione. §. i. ff. de bo. aut. iud. pos. allegat no. per Jac. de are. in. l. i. C. de iure emph. ꝛ qd habet in. l. si seruus §. locauit. ff. de fur ꝛ per predicta possent plura comprobari que ponit Bar. in. d. disputatione: vbi oino videndū. ad q̄ breuitatis causa me remitto. ꝛ hec satis quo ad scdam principalem qōnē ꝛc. ¶ Circa tertiā ꝛ vltimā questionē breuiter est ꝯcludendū qd fm ea q̄ in pācto pponunt non solū dꝫ fieri remissio mercedis primi anni sed ēt aliorū quatuor annoꝝ ex quo psupponit qd propter impedimētū pallegatū primi anni est ablata cōmoditas omnium aliorū annorum: ꝛ vt regula sit qd p ea rata tpis debeat fieri remissio mercedis pro qua rata tpis fuit impedimentū pceptionis fructuū: vt. l. si quis domuꝫ. §. i. ꝛ l. si quis fundū. §. imperator. ff. loca. ꝛ in. c. propter sterilitatem. ꝛ ibi plene per canonistas extra de locato. si ergo impedimentuꝫ de quo in casu nro fuit cū ppter quā qd nedū fuerit ablata vtilitas pñtis anni: sed ēt alioꝝ annorum ex quo fuerunt capti tot pisces qd cuꝫ vbertate pñtis anni potuissent cōputari sterilitates sequētiū annoꝝ: dat intelligi qd dꝫ fieri remissio mercedis alioꝝ annoꝝ: pdicta ꝯfirmant p tex. in l. ii. ff de annu. le p quē dicit ibi Bar. q si mora pticularis aufert cōmodū toti9 tpis obligatio statim comittit ad totale interesse: vt ibi pcū. hoc idē melius pbat p tex. in. l. ꝛ ideo hesitat. ff. d ver.

4 ob. p quē dnt ibi oēs doc. † q lꝫ ppter impedimētū certi tpis debeat fieri restitutio tm illius tpis qd ab impedimēto fuit ablatū vt habet in. l. fi. ff. de mino. ꝛ in. l. ab hostibus. §. fin. ꝛ in. l. sed ꝛ si p ptorē. ver. sed cū ferie. ff. ex q. cau. ma. ꝛ in cle. vnica. de resti. in integ. tñ pdicta sunt vera qñ ppter ipedimētū in pte tpis tm̄modo illi9 tpis vtilitas auferret: sec9 qñ pp pticulare ipedimētū certi tpis cōmoditas totius tpis auferret qꝛ tūc toti9 tpis fit restitutio fm bar. ꝛ doc. in. d. l. ꝛ iō hesitat. per illū tex. fuerunt no p bar. ꝛ Singe. ꝛ doc. in. d. l. ꝛ ideo hesitat. ꝛ bal. in. § sed cū feria. ꝛ in. l. fi. ff. de fe. ꝛ in. l. ii. ff. de temp. app. ¶ Postremo hec pars probat p tex in d. l. si vno §. atē cū quidē. per quē dicit ibi Bar. qd lꝫ qñ p parte tpis impedit vsus conductoris fiat remissio mercedis pro ea rata vt in. d. l. si qs domū. §. i. tñ qñ ppter casum cōtingentē impedit vsus ꝯductoris in totū nō tm̄ fit remissio mercedis p ea rata tpis ꝫ p toto tpe quo vsus impedit. cū igit i terminis nris psupponatur qd propter dictū impedimentū ꝛ casus emersos ablata fuerit vtilitas omniū quatuor annorum totius predicti tpis debet fieri remissio mercedis. Laus deo omnipotenti ꝛc.

¶ Subscriptio ad idem.

¶ In noīe oipotētis dei amē. Famosissimus iuris vtriusqꝫ doc. d. cōsulens enucleauit more solito iustitiam pdicte cāe cui decisiōi sine dubio adhereo pp ipam iustitiā ꝛ qꝛ cū in facto fuerim quo dāmō etsi nō autor suasor ꝛ motor absqꝫ dubio non fuit intentionis prout nec iura volūt ipsis hñtibus ma pīseādi derogare put doc. volūt in. c. sup eo. de of. dele. et p Pet. de anch. in. c. si pp tuas de rescri. li. vj. ꝛ est tex. i. c. dudū. de puil. vñ decisio. d. dicta tenēda est q̄ decisio est cōis doc. decisio in. c. i. de eo. ꝛ in. l. i. ff. de superfici. qd nō vba denominātia ꝯtū ꝫ ipa pacta faciūt ꝛ pficiūt ꝯtū: ꝛ ideo ex pactis ꝛ emptio et quicūqꝫ ali9 cōtractus mutat naturā suā vt in casu nro ex decisionib9 Bar. in. d. disputatione q̄ incipit publicanus. cōcludit expsse qd ista etsi emptio ꝛ vēditio fuerit nolata tñ cēseat locatio in qua oino est statutum pp deteriorationem fieri remissionē vt cōcludit in. c. pp sterilitatē. de loca. ꝛ l. l. si vno. ff. loca. idē erit emptio cū eisdē pactis ꝛ eidē opinioni accedat qꝛ spālitatis est pactū vt si aliquod belliū vel guerra ꝛc. qd eo casu dicti emptores siue cōductores nō teneant: quis dubitat recessum esse ad extra ipsius emptionis in quo clarū est piculum et damnū emptoris perfecta ad emptorē ptinere ꝛ tñ intelligit trāsos sic emētes nō teneri cū ergo ex facto ipsorum serenissimi ꝛ legib9 ipsorū causi ū sit impedimentū ad qd impedimentū iā in ipo contractu ptes respexerūt nemini dubium similiter esse dicēdum fm qd tradit. i. c. trāslato. de ꝯsti. c. inter ceteras. de rescri inter corporalia. de trāsla. epis. in c. cū in illis. de pben. in. vi. ꝛ in. c. susceptum. de rescrip. eo. li. ideo mihi vr. d. dicta clara ꝛ iusta decisio. de subscriptione igitur requisitus. Laus deo oipotenti amen.

¶ Subscriptio ad idem.

¶ In noie sancte ꝛ indiuidue trinitatis patris ꝛ filii et spiritus sancti ꝛ beate Marie semper virginis. ¶ Visa. d. dicto consultatione psatorū doctissimorū atqꝫ pclarissimorū doctorū mihi fratrum plurimū honorandorū qui iuridice et clarissime necessaria huius pñtis cōsultationis in medium adduxerūt iurib9 ꝛ rōnibus et auctoritatib9 cōprobātes: ꝛ q̄tū ad primū dubiū clarissime res demōstrata est. Quātū ad fm dubiū cū ex predictis deductis in primo resultet decisio fm eū q̄tum ad remissionē mercedis vel ptii restitutionē his iuribus decidat cū par ratio sit in vtroqꝫ vt dicit tex. in. l. si fundus. ff. locati. ꝛ in alijs iuribus. d. deductis. i vr videt quod ꝯtra pdictā decisionē obstet tex. p quē fundat pncipaliter pdicta decisio vꝫ tex. in. d. l. si fundus. q̄ dicit quod si fundus locatus fuerit publicatus qd tunc tenet relaxare possessionē. Et rō vr qꝛ ex facto locatoris fuit publicat9: ꝛ sic videtur secus ꝯtra si non ex facto locatoris fuerit publicat9 vt in. l. lucius. ff. de euic. vbi est casus in terminis: vnde sic videtur dicēdū in casu isto cum ex facto istorū locatorū nō fuerit facta talis probibitio ꝛ fuerit facta per illū quē locatores prohibere nō pñt tūc piculū ptineat ad ipsos cōductores postq̄ perfacta est locatio cōcessus locus ad fruendū vt ēdū vñ dānū supueniēs nō ex culpa vel facto locatorū pertinet ad ipsos cōductores sicut ꝛ lucrū ptineret vt in. l. si sterilis. ff. de act. emp. in. l. i. C. de periculo ꝛ cō. rei vendite. ꝛ in. d. l. lucius. ff. de euic. ꝛ iuribus in glossis in dictis legib9 deductis. ꝛ in. c. propter sterilitatem. de locato. ꝛ in. l. licet. C. locati. ꝛ sic vr qd dicti locatores debeant eorū pensionē hre nō obstāte prohibitione ista superueniēte cū propter factū eorū nō, supuenerit ꝛ illi resistere nō poterant. ¶ Sed his nō obstātib9 credo pdictā decisionē esse verā per tex. in. d. l. si fundus. ꝛ alijs iuribus superius allegatis per prefatos consultores. Nec obstant dicta. d. in cōtrariū qꝛ publicatio de qua loquit tex. in. l. si fundus. nō fuit facta ex delicto locatoris neqꝫ ex delicto conductoris: neqꝫ talis publicatio fuit facta propter vitiū vel aliquo delicto sed princeps illas res locatas concessit militibus pro satisfactione eorum seruitii quia sic placuit principi et etiam illis militibus: est text. in. l. item si verberatum. §. ii. ff. de rei vendi. et no. Jac. de are. in. d. l. lucius et pro tali publicatione princeps est paratus satisfacere illis a quib9 bona accepit prout. j. demonstrabitur. quod istud sit verum probatur a sufficienti partiū enumeratione. Nam aut talis publicatio fuit facta ex delicto locatorum: ꝛ tunc non solum ad relaxandum mercedem sed etiam ad oīa dāna et interesse teneretur locator vt per doc. etiam per glo.

in.d.l.lucius ⁊ in iuribus.s.allegatis:sed tex.ibi in.d.l.lucius. vult qd solū teneat ad relaxationē mercedis:ergo sequit quod nō ex delicto locatoris fuit publicatū neqz etiā ex delicto cōductoris qz propter delictū cōductoris nō dānificaret locator qz penas suos tenēt autores.vt.l.senatus.C.de pen.vñ dixi qd loquit de quadā publicatione nō ex delicto sed ex quadam assignatione facta militibus propter eorū stipēdia quod faciūt quādoqz principes vt est tex.⁊ ibi glo.in.d.l.lu cius.⁊ tex.in.d.l.itez si verberatum.§.q.ff.de rei vend.remunerant autem illos possessores a quibus accipiunt vt per tex.⁊ gl.in supra dictis iuribus: ⁊ sic si est locator vel venditor in possessione rei publicate tpe publicationis cū ad eū competat remuneratio periculum publicationis pertinet ad eū:⁊ ita loquit.d.l.si fundus.si tpe publicationis possidet emptor periculū ptinet ad eum:⁊ ita loquit in.l.lucius.ff.de eucti.q vñ cōtrari.d.l.si fundus.sed ita debēt ad cōcordiam reduci:⁊ ratio qz cōmodā istius remunerationis vertitur circa honorē:⁊ illud quod est oneris est personale vt probat in l.liberti.cū gl.s.de oper.liber.⁊ sic pro laicis non egrediunt regulā:⁊ sic stat firma pdicta cōclusio qd isti tales cōductores tenentur pensionē relaxare probata prohibitione ⁊ impotētia vtēdi ⁊ fruēdi.Nam p istā prohibitionē inducit quedā species sterilitatis vt in.d.c. ppter sterilitatē.⁊ in.d.l.13.⁊ in iuribus.s.allegatis.⁊ predicta procedunt qñ propter talē phibitionē isti cōductores fuerūt adeo dānificati qd deductis expensis sunt dānificati vltra dimidiam iuste pensionis:vt elegāter no.Bar.in.d.l.licet.C.loca.⁊ ibi etiā no.Bal.sed clarius ibi tractat:secus si nō essent decepti vltra dimidiā iusti pcii vtputa qz deductis expēsis ⁊ in illo anno ceperunt tot fructus qui ascendūt vltra dimidiā dicte pensionis facta cōputatione anni pcedentis ⁊ sequentis fm formā ⁊ modū dicti.c.propter sterilitatē.⁊ ibi p do.Ant. ⁊ do.Abbatē ⁊ alios doctores modernos.circa tertium ⁊ vltimuz dictum clarissime decisum est maxime cum impedimentum primi anni prestat impedimentum secūdo anno adeo quod p impedimentū primi anni causet sterilitas in scdo anno fm formaz ⁊ modū de quo in.d.l.licet ⁊ in.d.c.ppter sterilitatē.vñ regisitus tñ de subscriptione idē iuris esse dico qd.s.p prefatos famosissimos cōsultores cōclusum ⁊ decisum est:⁊ etiam p me Petrum Laurentiū de lutis senēsi.vtriusqz.iur.doc.⁊ sacri Consistorii aduocatum:⁊ in fidem predictorum me propria manu subscripsi soliq̄ meo sigillo sigillaui saluo semper consilio saniori. Laus deo omnipotenti ⁊c.

Consilium.lxxxix.

1 Identitas rei dicitur probata probatio duobus cōfinibus.
2 Probatio de auditu admittitur in antiquis.
3 Probatio semiplena sufficit in probandis finibus.
4 Filiatio qñ probatur ex institutione facta de aliquo vt de filio.
5 Instrumenta antiqua equiparantur probationi fame.
6 Filiatio probatur per famam.
7 Tempus antiquum quod dicatur.
8 Confessio de recepto inducit aditionem hereditatis.
9 Terminus referens censetur continere omnia que continentur in termino ad quem fit relatio ⁊ in teste.
10 Mutatio presumitur in his que tempore mutantur.
11 Instrumentum locationis quando probet dominium.
12 Estimā lz non probet dominium tamen facit presumptionem.
13 Habitus probatur per instrumentū in quo cōtinetur priuatio.
14 Probatio semiplena suppletur per vehemens adminiculum.
15 Probationes diuersi generis quando admittantur.
16 Instrumentum locationis quando probet dominium cōtra cōductorem.⁊ nu.18.
17 Instrumentum dicitur probatio probata.
19 Possedisse in preteritum an ⁊ quando quis presumatur ex possessione de presenti.
20 Publiciana quando competat contra titulo possidentem.
21 Conditio possessionis competit illi qui probat se possedisse ⁊ cecidisse a possessione sine culpa sua.

Dominus labia mea aperiat ⁊ spūs sanctus illuminet intellectū. In causa agitata inter Iacobum ⁊ cōsortes de rigottis cōtra Serretū ⁊ consortes de forbolis:qz multa sunt discutienda ⁊ qz late in multis est allegatū ⁊ per doctissimū procuratorē agentiū ⁊ ēt p insignes dños cōsulētes substātialiter loquar ⁊ breuius quā potero tangēdo singulas difficultates quas ex processu ⁊ ex ptiū allegationibus elicere possum:⁊ premitto qdā necessaria ad intelligentiam pñtis consultationis. Et primo qd petia terre de qua est questio quā cōuenti fatentur in eorum prima rñsione possidere est illa eadez que contmet in instro emptionis Iacobi Petri Arigotti ⁊ in locatione facta per dictū Petrus magistro Arnoi.hoc probat manifeste:nā in quolibet dictoz instroz verificant nedū duo fines positi in petitione sed etiā tres videlicet via cōis fossatū matrimonij ⁊ illi de dragonibus:sed clarū est qz 1 † probatis duobus cōfinibus dicit probata idētitas rei etiam si alie demōstratiōes nō cōuenirēt qz rei demōstrate frustra adicit demōstratio.l.j.ff.de dote plegata.ergo frustratoria adiectio nō dz viciare.l.vnica.C.de rei vxo.act.in prin.si aliud ex aduerso nō pbat vt notanter cōcludit Bar.⁊ sequitur Pau.de cast.in.l.demonstratio falsa.ff.de cōdi.⁊ demō.Ad idē glo.in.l.forma.ff.de censi.⁊ qd no.Bar.in.l.j.C.si vnus ex pluribus.⁊ doct.Moder.idem tenent in.l.si qs in fundi vocabulo.ff.de leg.j. Cōfirmat hoc: nā in petitione narrat dicta petia terre put in instris fit mētio saltē est quo ad tres confines ⁊ pars aduersa in suis rñsionibus confitetur qd possidet dictam petiam terre:⁊ sic refert se dicendo dictā petiā terre ad petiaz terre de qua in petitione in qua petit interrogari ad fundamenti iudiciū an illā possideat:rñsio enī dz cēseri de re sup qua facta est interrogatio: casus est in proposito in.l.si defensor.§.q interrogatus.ff.de interroga.act. Ad idē tex.in.§.pterea.insti.de inuti.stip.⁊ in.l.j.C.de diuersis rescriptis. Ibi ipse expresse se refert ad petiam terre de qua in interrogatione:omnia autem que sunt expressa in termino ad quem fit relatio cēsentur virtualiter esse expressa ⁊ repetita in termino referente.l.asse toto.ff.de he.insti.l.si pretor.⁊ ibi bal. ⁊ alij.ff.de condi.⁊ demon. Cōfirmat vltimo ex dicto triū testium qui deponunt de idētitate loci ⁊ rei de quo in dictis instris:⁊ lz deponant de auditu ⁊ opinione tñ in casu nro plene pbant qz cū hic tractemus de probanda idētitate corporū ⁊ cōfinibus 2 † de qbus istrumentis antiquissimis dz admitti probatio testium etiam de solo auditu propter difficultatē probationis.hāc regulā ponit do. Ant.in.c.lz ex quadā.per illū tex.in primo no.extra de testib.facit qd habet i.l.si arbiter.ff.de pba.⁊ in.l.j.§.itē labeo.ff.de aqua plu.arcen.Et qd ad pbandū idētitatē per cōfines antiquos sufficiat testes deponere de auditu in specie firmat Bar.in suo solēni tractatu de teste.col.xj.⁊ in ver.incipiente. Hanc eandem rem ⁊c.Et eo maxime 3 † qz in probandis istis finibus sufficit semiplena probatio vt voluit do.Car post Mattheum in c.le.j.in.iij.op. de probatio.intelligo de finibus antiquis prout loquit tex.quez allegat in.c.cum cām.de proba.vbi late ponitur materia per canonistas ex quibus puto sine hesitatione probatum fore rei idētitatem. Secundo principaliter premitto quod probat quod Petrus pater agentiuz fuit filius Iacobi Petri rigetti de quo 4 in instro emptionis: hoc probatur † per testamentū dicti Iaco. in quo dictus Iacobus instituit dictū Petrū tanq̄ filiū suum p quē actū probat filiatio ⁊ lz in allegationibus allegēt Bar.in.l.senatus.§.idem per contrarium.ff.de lib.agno.tñ Bart.non dicit in institutione sed in exheredatione:⁊ nō est eadē ratio qz exheredatio ⁊ etiā emancipatio est tantummō proportionabilis filio ⁊ non alteri.vt in.l.quidā cū filiū.ff.de ver.obli.⁊ ideo do.Anto.⁊ cōiter doct.in.c.per tuas.de probationi.dicunt quod tunc probatur filiatio qñ actus est solū proportionabilis filio alias nō pbatur.l.nō nudis.⁊.l.non epistolis.C.de pba.sed institutio dicit pportionabilis etiā extraneo cū etiam extraneus possit institui sicut filius:non aūt potest emancipari vel exheredari qz inepta esset emancipatio ⁊ exheredatio in extraneo.d.l.qdam cū filium. ergo ex tali nominatione nō pbat filiatio:⁊ ideo per istam rationem insignis preceptor meus.d.Fran.are.in.d.c.per tuas.de pba.impugnat do.Ant.qui in.d.c.trāsmisse.extra q filij sint legi. in terminis determinat qd p istitutionē filij pbat filiatio:saluat tñ dñm Ant.primo qñ filius institueret in legitima dūtaxat vel in parte hereditatis pro sua legitima:qz tunc est verum qd talis institutio non conuenit nisi filio.tandem ipse sequitur postea do. Antoniū quod si pater instituit filiū vt filiū siue aliqd relinquat filio vt filio qd satis pbatur filiatio qz lz legatuz ⁊ institutio cōueniat ēt alteri q̄ filio quia tñ pater legando vel instituendo filiuz nō solum nominat eū filiū sed tractat vt probabit: sequit qd ex tractatu pbatur filiatio vt tenent cōiter doc.in.d.c. per tuas. de pba.qd aūt dicat tractare vt filiū ptz qz alias si nō esset filius legatum esset nullū ⁊ etiam institutio vt in.l.si pater.⁊ in.l.nec apud C.de here.insti.ergo ptz qd relinquit filio qz filius: ergo tractat vt filius ⁊ consequēter probatur filiatio:nec tollitur qd actus sit cōis etiam extraneo qz vt dicit singulariter Inno.in.c.ex pte.extra de resti.spo.⁊ sequit eleganter Bal.in.l.no epistolis.in vlti.q. licet percipere distributiones quotidianas conueniat Capellano sicut Canonico si tñ percipit eas vt canonicus constituitur i quasi possessione Canonicatus:qd Bal.dicit esse subtile. Pro hac cōclusione prefatus pceptor meus adducit tex.cū gl.in.l.p herede.in.§.seruos.ff.de acq.he.vbi hr quod actus sui natura indifferens ad aditionē ⁊ ad aliud determinat per denominationem ⁊ inducit aditionē si fiat animo adeundi:⁊ hoc solū sufficeret.cōfirmatur qz vt dicūt doctores in locis preallegatis qd qñ actus est proportionabilis soli filio probatur filiatio:⁊ declarat notanter Pet.de ancha.

Pet. de ancha. in cle. si summus pontifex. extra de snia excom. sz
in testō ipse Iacob⁹ reliquit tutores dicto Petro vt filio qđ qdē
nō couenit nisi filio imo nisi filio in ptāte. l. si pf. z. l. qui tutelam.
§. si. cū ibi no. ff. de test. tut. ergo indubitāter fm cōem opi. proba
tur filiatio: z hec est ꝯcludēs ratio. ¶ Preterea ista ꝯclusio pro-
batur alio fundamēto etiam claro: nā per tria instrā antiqua pro
batur qđ dictus Petrus fuit fili⁹ Iacobi quorū duo excedūt tp̄s
centū annorū: alterū vz testm̄ z quoddā instrm̄ qetationis facte
p tutorem dicti Petri: z aliud excedit tp̄s sexagintasex ānorꝫ vz
5 quoddā instrm̄ cuiusdā emptionis facte per dictū Petrū. † que
instra in antiqs equiparanť ꝓbatiōi fame z cōi opi. vt clare ꝯclu
dunt Bal. Saly. z Pau. de ca. in. l. cū aliquis. C. de iu. deli. z col-
ligiť ex his q̄ not. gl. in. c. cū olim. extra de censibus. que vult qđ p
6 talia instrumēta ꝓbenť ꝯfines ēpatus z sic talis † ꝓbatio sufficit
sicut probatio p famā vt no. gl. in. l. atq natura. §. cū me absente.
ff. de neg. gest. quē ita intelligit Ang. in. l. quidā in suo. ff. de cōd.
insti. z in. l. titius. ff. quibus mo. pig. vel hypo. sol. z qđ not. Bart.
in auť quas actio. C. de sa. san. ecc. cum multis similibus: sz fama
constituit in quasi possessione filiationis z transfert onus probā-
di in aduersariuz vt colligitur ex no. per Bar. in. l. de minore. §. si
plurium. circa vltimā col. ff. de qōnibus. z Spe. in ti. de proba. §. po
ne. ver. verū lz probatio. z Inno. in. c. veniens. de ver. sig. z in spe-
cie quo ad probationē filiationis sufficiat fama firmat Iac. but.
in. l. qdā. ff. de ꝓba. d. Ant. in. d. c. trāsmisse. in. iij. col. z hāc ptem
possem p plura cōprobare q̄ omitto qz vltra quā op⁹ esset cōpro-
bata est dicta ꝯclusio: dr aūt factū antiquū etiā in metā centū an
norū: vt firmat Dñicus de sancto Ge. in. c. j. de pscri. li. vj. imo. d.
Ant. in. c. veniēs. extra de testi. dicit qđ in his factis antiqs in q
bus sufficit probatio p famā vel p cōem opinionē hz locū etiā in
his q̄ excedūt tp̄s. xl. annorꝫ per no. ibi p Inn. z idē dicit. d. Ant.
in. d. c. qd per noua|e. de ṽ. sig. z Spe. in ti. de ꝓba. §. ꝓbare. ṽsi. et
no. z lz aliq Moderni hoc impugnēt tñ nō vr̄ posse negari in pri
7 mis quod † duo instrā q̄ excedūt tp̄s centū annorꝫ nō dicanť anti
qua fm oēs. Nec ēt negari pōt qn hoc remittať iudicātꝭ arbitrio
vt no. Io. an. z. d. Ant. in. c. illud. extra de presum. z. d. Ant. in. c.
qm̄ ꝯ. post mediū. extra de proba. Nemo aūt nō arbitraretur tp̄s
sexaginta annorꝫ esse antiquū attēto cōi cursu hodiernis tempo-
ribus et attenta illa etate q̄ hō quicqd videt ignorat: iuxta. l. j. C.
de falsa moneta. z ad hoc multū dz animaduertere dñs iudicās
non solum quo ad istud propositū in quo vltra sufficiētiā est pro
bata filiatio: sed etiā quo ad alia. j. examinādā. Nam vidi solēnes
doctores consuluisse tp̄s quinquaginta annorū esse antiquū illis
tēporibus. ¶ Sed hic insurgit vna dubitatio quā reperio tactā
in apostillis quarūdā allegationū quod nō est probatū in ꝓcessu
quod ille Iacob⁹ testator pater dicti Petri sit ille idē Iacobus
de quo in dicto instrumēto emptionis sed penitus diuersus. Naz
in instrumento emptionis fit mentio de Iacobo Petri rigetti: et
in testō de Iacobo rigetti: et sic nō probať idētitas corpis: tñ qz
non ꝯcordāt due demonstrationes iuxta plene no. p Bar. in. d. l.
demōstratio falsa. tū qz ex diuersitate patris videtur argui omo
diuersitas corpis: cum naturaliter quis duorꝫ filius esse nō possit
¶ Sed ad hoc rñdeo quod si recte voluerimus cōsiderare z non
calūniari dico qđ est idē Iacob⁹ de quo in instrō emptiōis et de
quo in testō: z dico quod quaten⁹ in testō dicť Iacob⁹ rigetti: il
lud nomē rigetti nō poniť ꝓ noīe patris sed pro noīe familie. hoc
patet. Nā in instrō quietationis facte p tutorē dicti Petri libera
tio a quodā debito Iacobi in prin. appellat Petrū dictꝫ Petri
Iacobū rigetti. demū postea in medio appellat Iacobum Pe-
tri rigetti: z sic patet quod aliqñ appellabatur Iacobus rigetti:
aliqñ Iacobus Petri rigetti: z illud instrumētū iudicio meo tol
lit difficultatē: quia per illud cōstat quod nomē rigetti nō poniť
pro nomine patris sed familie omisso noīe pr̄is: sicut aliqñ vulga
riter qs nominatur: nā ego aliqñ vocor Bartholome⁹ dñi Ma-
a riani socini [a] aliquādo Bartholome⁹ socini: z sic sub noīe familie
omisso noīe pr̄is a quo vulgari mō loquēdi validum est arg. l. la
beo. ff. de supel. lega. l. librorꝫ. §. quod tñ cassius. ff. de le. iij. ¶ Pre
terea posito quod fuissent duo Iacobi vnus Iacobus rigetti: al
ter Iacob⁹ Petri rigetti: seqtur quod ex rigetto nati fuere Pe-
trus z Iacob⁹: ex Petro alter Iacobus de quo in instrumento
emptionis. ex Iacobo de quo in testō natus est Petr⁹ pater agē
tium: z sic Iacobus de quo in dicto instrumēto z Petrus pater
istorū erāt fratres patrueles: quo ꝓsupposito ꝓsuppono qđ Pe-
certe dicẽdum est qd nõ. Nã hmõi legi reperio satisfieri altero
8 de tribus modis. ¶ † Primũ qñ ꝟbis exprimiꝛ qꝛ tũc illud dz
expressũ vt patet ex his que elegãter ponit Bar. in. l. j. in prin. ff.
de vulg. ꝛ pupil. ꝛ An. in auꝛ. ꝟ here. ꝛ falci. §. si vero expressum
per illum tex. ꝛ Ang. per illũ tex. in auꝛ. de nup. ꝛ hoc mõ reqe-
riꝛ interpositio autoritatis, vt est casus cum gl. in. l. iij. ff. de au-
to. tuto. ꝛ no. ꝑ Ang. ꝛ alios in. l. j. si qs mihi bona. §. iussum. ff.
de acq. here. facit qd no. in. l. 4. §. inter filium. ff. de falsis. ꝛ in. l.
heredes palã. in prin. ff. de testa. ꝛ hoc mõ nõ est satisfactum in
casu nr̃o. ¶ Aliqñ ꝛ scdõ reperio qd dz satisfactũ qñ cõsensus
lz nõ verbis demõstratur tñ demõstraꝛ ꝑ signa aliqua exterio-
ra ꝑut voluit gl. no. in. l. ite qꝛ. ff. de pac. ꝛ est tex. ꝛ ibi Guil.
ꝛ Bal. in. l. si pater. ff. de adop. ꝛ hoc est qd voluit bal. in. l. fi. §.
necessitatẽ. C. de bo. q lib. ver. quero an sufficiat ꝑsentia. vbi di-
cit qd sola ꝑsentia nõ sufficit sed est necesse qd appareãt indicia
cõsensus puta qꝛ pater filio agẽti in iudicio ducit aduocatũ. ꝛ
instruit eũ licet dicat esse in autoritate tutoris in qua reqriꝛ
verba vt ibi per eũ ꝛ etiã hoc mõ nõ fuit satisfactũ in casu nr̃o.
¶ Aliqñ ꝛ tertio reperio satisfactũ esse qñ ꝓpter gñalitatẽ ver
borum comprehenditur ex mẽte tacite loquẽtis. ꝛ hic est tex. cũ
gl. ꝛ ibi no. Bar. in. l. pretor. in prin. ff. de no. ope. nũ. vnde dicit
ibi Ang. esse vtile qd si appellãs ab interlocutoria exprimit nõ
verbis specificis vnã cũm grauaminis sed ex mẽte cõprehensa
in verbis dz illam sigillatim expssisse. ꝛ sic satisfecisse dispositiõi

cle.appellāti.de appel.ꝛ hoc mō etiā nō fuit satisfactū in termi nis nostris qꝺ aūt diceret satisfactū legi requirēti expͤssuꝫ ꝯsen sum sola pͤsentia cū pͤsumpto cōsensu ħ nō inuenio. Immo Bal. in.d.§.necessitatē dicit oppositū.ꝛ Bar.post Dy.in.l.nō soluꝫ. ff.so.ma.ꝛ Pau.in.l.ij.§.voluntate eo.titu.ꝑ hoc in simili facit. nā nō dꝛ expͤssum in.l.qn̄.l.nō determinat casum expͤsse lꝫ argu mentatiue sic tex.in.c.inter corporalia. extra de transl.prela. Inn.in.c.cū spāli.de appel. Hoc etiā voluit Bal.in.d.l.ij.§.vo lūtate.vbi vult qꝺ qn̄ lex requirit volūtatē nō sufficit pͤsentia si ne cōtradictione.ꝛ cū eo trāseunt Moder.ꝛ hoc etiam in ter minis in pte tenēt Ioā.an.ꝛ Do.de sancto Gemi.in.c.fi.de iu di.li.vj.vbi volūt qꝺ ex quo tex.reqrit cōsensum nō sufficit sola scia per regulā is qui tacet de re.iur.in.vj.faciunt no.ꝑ Io.an. in regula is qui tacet.in.l.iij.de re.iur.in mercu.ꝛ eo maxime in casu nostro qꝛ requirit cōsensus ad solēnizādū actū ꝓut volūt Cy.ꝛ magis cōiter doc.in.d.l.seniū.ꝛ Bar.ꝛ alij in.d.l.taꝫ is.ꝛ Bar.in.d.l.j.de auc.tu.qua opi.cōi stāte veriꝰ forte esset dicere quod requireret qꝺ verbis expͤssis prestet cōsensus ꝑ tex.in.d. l.iij.de auto.tu.ꝛ no.per Ange.ꝛ Imo.in.d.§.iussum.ꝛ notat do.Ant.in.c.cū cōsuetu.dinis.de cōsue.ꝛ Guil.in.l.si pater.ff. de adop.ꝛ notāt doc.in terminis etiā decidit Bal.i.l.si sine.C. ad velleya.vbi in.j.qōne determinat qꝺ ꝓpter vtilitatē tacitur nitas habet ꝑ ꝯsensu ꝛ in scꝺa dicit qꝺ quātū ad solēnitatē nō habet:ꝛ iō infert qꝺ in tutore reqrunt verba qꝺ autoritas pa tris est interponēda virtus vel signis ꝑ no.in.d.l.si pr̄ ꝺ adop. ꝛ sic decidit casuꝫ nr̄m.ex qbꝰ sit satisfactū tertie difficultati ꝛc.

¶ Quarta difficultas est q̄ examinat respectu dispositiōis sta tutorū:ꝛ certe dato qꝺ de iure cōi oia cessaret indubitanter ex forma statutorū nō valeret in viꝫ donatiōis cā mortis:qm̄ sta tutū vult qꝺ mulier nō possit se obligare sine cōsensu mūdualdi vel viri resistit ergo obligationi ꝛ ꝯsequēter inducit hoc ꝑ solē nitate qua nō seruata actus est nullꝰ vt decidit Bal.i.l.j.in fi. C.q admit.tradit in.l.j.ꝛ.ij.ff.de lib.ꝛ post.ꝛ in.l.cū hi.§.si pre tor.ff.de trāsac.Qꝺ aūt nō habeat locū in donatiōe cā mortis bene facit qꝺ cōsuluit Pe.de anc.ꝛ refert Lu.ro.in.l.ij.in prin. ff.de ver.ob.ꝓut referūt primi cōsulētes.sꝫ in casu nostro res est clara qꝛ statutū dicit qꝺ nō possit se obligare.nō aūt dꝛ contra here.clarū aūt est qꝺ donator cā mortis dꝛ obligari.l.j.ff.de do na.ergo verificant verba statuti ꝛ ad ħ i simili adduco qꝺ no tant Bal.Ang.Imo.ꝛ Lud.ro.in.l.mutū.§.j.ff.de acqr.here.

9 vbi faciūt dr̄iam † an statutū ꝓhibeat cōtractū mulieris:ꝛ tūc est dubiū an cōprehendat aditio hereditatis.an ꝓhibeat obli gationē ꝛ tūc cōcordat qꝺ cū pro aditiōe obliget qꝺ cōprehen dit etiā aditio hereditatis,ꝛ idem tenet Rapha.cu.in.l.more. eo.ti.Et maxime qꝛ in nr̄o statuto dicitur modo aliquo ꝑ que verba excluditur ois modꝰ obligādi ꝓut no.Io.an.in.c.indē nitatibus post Arch.§.si qua vero.de ele.in.vj.Et in simili ad duco.gl.no.in cle.vna in verbo partiū.de fo.cōpe.Nā lꝫ appel latione partis veniat dimidia.l.nomen filiorū.§.portiōis.ff.de verb.sig.Tn̄ si dꝛ aliqua pars verificat etiā minima.ꝛ qꝺ dixit Imol.in.c.fi.de do.ad intellectū.l.si vnq̄.C.de reuo.do.Ergo cū in casu nr̄o dicat qꝺ aliquo mō nō possit se obligare includit quolibet minimū modū obligādi. ¶ Cōcludit etiā dicta nul litas ex forma alterius statuti ꝓhibētis obligationē filijfami. sine cōsensu patris ꝓut cōcludunt primi ꝛ scꝺs cōsulēs quorū cōclusionibꝰ adhereo ꝛ sic ex oibus superioribꝰ cōcludo qꝺ he redes dicte testatricis nullo modo exigi possunt vigore dicti le gati ꝑ iura ꝛ rōnes fundamenta.ꝟ.ꝑ ipsos ꝛ per me adducta.

¶ Succedit nunc alia difficultas nunqd possint dicti heredes molestari in effectu vigore donatiōis facte a ꝓcuratore dicte vidue ꝛ ꝯcludēdū arbitror qꝺ nō.ꝛ in pͥmis vltra adducta ꝑ

10 suprascriptos cōsulētes adduco † qꝺ lꝫ talis cōcessio facultatis donādi non addicēdo cui valeat:vt est casus no.in.l.filiusfam. ff.ꝺ do.tn̄ talis facultas restringit ad modicū.ita singulariter dicit dn̄s Pau.de ca.in.d.l.filij.allegat no.ꝑ Bar.in.l.si qs cū aliter.ff.de ver.ob.ꝛ in hoc nullū reperio cōtradictorem.ꝛ pro certo est multū rōnabile qꝛ nō vr̄ quoquo modo de mēte dātis mandatū qꝺ voluerit qꝺ posset cuicūq; donare oia bona sua ꝛ stāte opinione ista talis donatio tanq̄ fraudulēter facta redde ret in totū inutilis ꝑ tex.no.in.l.si libertus minorē.ff.q in frau. pa.ꝛ qꝺ ꝑ illū tex.dicūt Imo.ꝛ Moder.in.l.stipulatio hoc mō concepta.ff.de verb.obl.ꝛ Moderni in.l.fi.C.de pac. ¶ Scꝺo principaliter vltra adducta memor qꝛ dici pōt tale mādatum non durasse post mortē in casu nr̄o hoc fundamētum ꝓbatur ꝑ tex.in.l.fi.ff.de solu.vbi est casus in terminis lꝫ doc.cōiter co nentur destruere illū tex.violando ꝛ dilacerādo lr̄am.ꝛ ideo in signis doc.d.Pau.de cast.in lectura,ꝛ latius ibi repetitione ꝓ

11 solutione dat talem regulā qꝺ † vbicunq; defunctus dat man datū sup re vel iure suo puta de vendēdo rē suam qꝺ ex sua dis positiōe expͤssa testāte vel tacita ab intestato trāsit ad heredes mādatū morte finitur lꝫ factū fuerit duraturū post mortē ꝓba tur in.d.l.fi.ꝛ huiꝰ dicti assignat triplicem rōnē. ¶ Pria rō est qꝛ cū post mortē plenū dn̄iuꝫ seu ius deueniat in heredē nō po test sine facto suo al's de ea re disponere.l.si ego.§.si res.ff.ꝺ iure dot.ꝛ in.l.id qꝺ nr̄m.ff.de re.iur.sed cū res transeat ad nouum dn̄m nō mādato opus est.l.autistiꝰ.§.j.ff.de acq.he.l.si dn̄ū.ff. de furtis. ¶ Scꝺa rō est.qꝛ instituēdo aliū in illa re:vel legādo alteri ius plenū trāsfert. Igit tollit ius nō ita plenū ꝑ mādatū in alterū collatū.ar.l.si te solū.ff.de here.insti.ꝛ .l.qui vsufruct. ff.de ver.ob. ¶ Tertia rō est qꝛ vr̄ dn̄s dare illud mandatū cō tēplatiōe iuris vel dn̄ij qꝺ hꝫ in re:vn̄ cū morte ista expirēt ex pirat mādatū ar.l.fi.ff.de pe.Si vero mādatū nō sit factū super re mādantis puta qꝺ fiat monumētū vel qꝺ res alterius emat ꝛ tūc durat si fiat post mortē.ꝛ ita ꝓcedit tex.in.l.si ꝟo nō remu nerādi.§.fi.ff.mādati.nec ob.l.mortis cā.§.titia.ff.de dona.cā mortis.nā ad illum tex.rn̄det vltra doctores qꝺ ibi fuit māda tū sup re mādantis tradēda certe ꝑsone cui mādās donare vo lebat nec postea fuit alteri spāliter relicta:vn̄ vr̄ ab institutiōe hr̄dis excepta,arg.l.vxorē.§.felicissimo.ff.de le.iij.qꝛ mandans in ea plus vr̄ dilexisse donatariū q̄ heredē.l.j.ff.de don.cā mor. ꝛ tenēdo hāc viā nō violat litera l.d.l.fi.Que via lꝫ nō sit tuta, qꝛ cōis opi.vr̄ in cōtrariū.tn̄ ostēdit difficultatē esse qꝺ māda tū trāseat ad hr̄des post mortē lꝫ fiat duraturū post mortē sup ra cuius dn̄ium transit ad heredes ꝛ tenēdo hāc viā res eēt cla re in casu nostro. ¶ Sed alio medio mihi vr̄ qꝺ in casu nostro dictū mandatū nō duret post mortē ꝛ ꝓ euidentia pͤsuppono tria satis clara. ¶ Primum est qꝺ heres adeūdo hereditatē cē set fuisse heres a die adite hereditatis.l.heres quandoq;.ff.de acq.here. ¶ Scꝺm est qꝺ ita demū durat mandatū duraturū post mortem aliquo existēte herede qꝛ nullo existēte herede non hꝫ dn̄m quē representet.vt est casus in.l.j.C.de ac.ob.ꝛ ita in hmōi mādati,Ang.dicit se florētie obtinuisse i sua disputatiōe q̄ incipit astēsis miles.ꝛ tꝫ Bar.in.l.j.§.sꝫ ꝛ si qs.ff.de dona.Ex

12 qbus infero † qꝺ ꝓcurator post mortē dꝛ ꝓcurator heredis ꝛ nō defuncti ꝛ fictiōe iuris ipsius defuncti cuius ꝑsona ꝑ hr̄dē re presentat in auc.de iureiu.amo.pͤsti.post prin. ¶ Tertiū est qn̄ cōtingit mutatio status ipsius ꝑsone mādantis mādatū cēset reuocatū vn̄ si dn̄s efficiat furiosus mandatū cēsetur reuocatū. est casus in.l.si alicui.ff.de acq.he.Nec est opus intimatione re uocationis sicut in expressa reuocatione nō pōt dn̄o imputari quare nō intimauit ad hoc qꝺ no. Bar.in.l.j.C.de satisdando. ꝛ in.l.si ꝓcuratorē absentē.ff.de ꝓcura.vn̄ ex pͥmissis inferno qꝺ si natura lꝫ possibile esset qꝺ dn̄s qui ꝯstituit ꝓcuratorē efficere tur pupillus mutatiōe status reuocaret mandatum qꝛ debent pupilli per tutores regi sicut furiosi ꝑ curatores ꝛ cum autori tate ipsorū ꝓcuratores cōstituere.l.neq; tutores cū ibi no.C.de ꝓcu.Quibus pͥmissis ostendo rōne euidēti qꝺ mādatū de quo casu nr̄o nō durat post mortē qꝛ hic cōtigit duplex mutatio sta tus. ¶ Prima est ꝓpter mortē ꝑ quam reuocat mandatum.l. mandatū.C.mādati.ꝛ aduersus hāc premisum est ꝑ mandatū duratuꝫ post mortē. ¶ Scꝺa mutatio status est qꝛ cū hr̄s fin gatur ꝑsona defuncti iuris interpͤtatione mādās q erat maior effectus est pupillus ꝛ aduersus hanc mutationē nihil est ꝓui

13 sum † quare nō reuocat mādatū ꝛ eodē mō dicēdū esset relicto herede furioso ꝛ est singularis ꝛ noua limitatio ad omnia iura que dicūt qꝺ mādatū duraturū post mortē morte mādātis non reuocat qꝛ illa ꝓcedūt dūmodo de ꝑsona mādantis ad here dem nō cōtingat mutatio status. ¶ Sed dices tu hoc est con tra casuꝫ in.l.si quis mācipiꝭ.§.si impubes.ff.de institoria.ꝛ in l.sed ꝛ si pupillꝰ in prin.eo.ti.vbi durat mādatū institoris etiaꝫ pupillo vel furioso existente herede. ¶ Sed ad hoc rn̄deo tenē do cōem intellectum Pe. Bal.ꝛ Salyc.in.l.mandatū.C.man da.ꝛ Bar.in.l.j.§.sed ꝛ si qs.ff.de dona.ille tex.ꝓcedit speciali ter in mandato actus vniuersalis qꝛ eoipso qꝺ illud vniuersale est ceptū etiā quo ad gerēda dꝛ res esse integra:ꝛ iō morte non finitur mandatū. ¶ Quinimo fortius dico qꝺ ibi est casus ꝓ opinione mea si subtiliter cōsideretur nā cum mādatū morte fi niat.d.l.mādatū in.d.§.si impubes etiā poterat satis ꝓbabilr̄ dubitari nūquid mādatū institoris duraret post mortē ꝛ tn̄ iu riscōsultus vlterius etiā ponit dubitationē qꝛ heres erat impu bes vel furiosus ꝛ determinat qꝺ ꝓpter vtilitatē ꝓmiscui vsus durat.Vnde nō est dicēdū qꝺ sine ministerio iuriscōsultus pon derauerit ꝑsonā heredis,ꝛ ad hoc adduco qꝺ ibi dicit Pau.de ca.q pōderat tex.i verbo ꝓpter vtilitatē ex quo infert arguen do a spāli qꝺ nō esset idē in alio ꝓcuratore etiā generali nō ꝯsti tuto ad negociandū ꝛ hoc ibi statuit ne ꝯhentes decipiantur l.sed si pupillus.§.sed si al's.ꝛ infert pupillum obligari sine tu tore ex actu defuncti lꝫ obligatio sumat initiū in ꝑsona pupil la.ꝛ sic ex dictis Pauli sumit qꝺ spāle est i illo casu ꝛ qꝺ māda tuꝫ duret post mortē ꝛ qꝺ pupillus de nouo obliget a ꝓcura tore defuncti.

tore defuncti. Ergo in cõtrariũ est ius cõe. l. ius singulare. ff. de legi. ⁊ p certo nisi fallor ista mihi videt veriſſima nec inuenio cõ tradictores. ¶ Tertio pncipaliter moueor q̃ mãdatũ fit reuocatũ: q̃ fundamentũ deducit isignis doctor. d. Bal. s. q̃ diſponẽdo de re seu illã legãdo sup qua dedit mãdatũ vt declarat Lu. ro. in. l. mortis cã. §. titia. ff. de do. cã. mor. vñ cũ postea legauerit dictas duas tertias ptes dotiũ suaꝝ cẽset mãdatũ reuocatũ. Sꝫ h̃ orit duplex difficultas. pma est q̃ illud vr̃ pcedere qñ legatũ fuiſſet validũ p regulã nõ pstet ipedimẽtũ. de re. iu. li. vi. Nã p reuocationẽ mãdati nullũ mãdatũ nõ cẽset reuocatuꝫ vt cõcludit Bal. in. l. j. C. d satisdãdo ad hoc. l. in fi. ff. de noua. ⁊. l. id q̃. ff. de ꝯhẽ. emp. Sed ad hoc rñdet q̃ p talẽ diſpositionẽ in actũ q depẽdet a mera volũtate diſponẽtis resultat duplex effect⁹ vsus ex ostẽs. s. diſposit⁹: alter tacit⁹. s. reuocatio p̃mi actus: lꝫ ergo q̃ ad pmũ effectũ diſpositio fit inutilis non est

14 inutilis. quo ad scd̃ꝫ. Casus est. † ⁊ ibi no. declarat Bart. in. l. a ⁊ si trãſferã. ff. de adi. leg.ᵃ ⁊ lꝫ illa lex loquat in legatis tñ illaꝫ legẽ extẽdũt ad mãdatũ pcuratoris. Arch. in. c. lꝫ de pcu. li. vi. ⁊ Jo. an. in. c. si duo de pcu. eo. li. ⁊ rota in decisione. cclxxiii. q̃ incipit Jtẽ si cõtra pcuratorẽ. Et cõfirmat hoc ex q̃ põit Bar. in. l. ii cũ dotẽ ad intellectũ illius legis. ff. sol. ma. ⁊ si dicat vitiato expſſo vitiat tacitũ. l. q hꝫ. ff. de serui. rusti. pdi. ⁊ no. in aut. in gressi. C. de sac. san. ec. rñdet q̃ qñ tacitum poterat tacite eque pncipaliter induci sine actu expſſo tũc vitiato tacito nõ vitiat expreſſum tex. ⁊ ibi Bar. ⁊ oẽs in. l. si fidiuſſor in prin. ff. de leg.

15 j. put etiã in casu nr̃o † q̃ꝛ tacite multis modis reuocari põt eq̃ pncipaliter mãdatũ puta mutatiõe status mandatis. Jn mãdatarĳ. l. eius q in puinciã. ff. si cer. pe. Jtẽ solo nutu. iuxta not. in. l. vbi nõ notẽ. ff. de re. iur. q̃ põderat Bar. in legatis in. d. l. si fideiuſſor p. l. nutu. ff. de leg. iii. ¶ Scd̃a difficultas est q̃ꝛ si pcedit argumẽtũ de legato ad mãdatũ. vt. s. est dictũ ego habeo q̃ tñc p scd̃m legatũ inutile censet ademptũ a pmo per. d. l. ⁊ si trãſferã. qñ primũ erat in specie ⁊ secundũ in eadẽ specie sꝫ si primũ eſſet gñale ⁊ secundũ in aliqua spẽ illius gñis. tũc nõ censet reuocatũ. casus est no. in. l. si. ⁊ ibi Bar. ff. de au. ⁊ arg. leg. ergo idem dicamus in casu nr̃o q̃ cũ primũ mãdatũ fuerit gñale ⁊ secundũ in certa specie q̃ p secũdũ inutile pmũ mãdatũ nõ cẽseatur reuocatũ. ¶ Sed ad hãc rõnẽ rñdeo psupponendo q̃ ista vidua nõ habebat nisi dotẽ ⁊ sic tantũ poterat diſponere donãdo de duab⁹ tertĳs ptib⁹ iuxta not. in. l. j. C. de inoffi. dona. Jꝫ ẽ quot sunt res sup q̃bus dat mãdatũ tot dicunt mãdata. l. scire debemus. ff. de v. ob. Cũ ergo dederit mandatũ ad donãdum de bonis iurib⁹ suis intelligit de dictis duab⁹ tertĳs nisi restringat vt. s. ergo habetur ac si spãliter super illis eſſet datũ l. j. ⁊. ii. ff. de li. ⁊ posth. Cũ ergo sup illis post diſpoſuerit cẽsetur mãdatũ reuocatum. ¶ Postremo moueor q̃ effectualiter ista heres pupilla exigi nõ põt q̃ꝛ põt se tueri bñficio restitutiõis in integrũ ⁊ p fundamento ego pmitto q̃ donatio facta a pcuratorẽ cẽset facta ab ipso pupillo cui⁹ p sonã rep̃sentabat q̃ꝛ cũ pupill⁹ adita h̃ditate fingat dñs a die mortis. d. l. heres. q̃nq̃ꝫ fingit q̃ actus fuerit ab eo gestus mediãte suo pcuratore. Nec est absurdũ plures fictiones concurrere qñ vna venit in consequẽtia alterius. l. singularia. ff. si cer. pe. ⁊ no. Bar. in. l. si is qui p emptore. in pe. col. ff. de vsuca. ⁊ Sal. in rub. ⁊. l. j. C. de dotis pmiſ. ⁊ q̃ dicat fieri a pupillo patet p ea q̃ dicit Bal. ⁊ Saly. ⁊ doc. in. d. l. mãdatũ. vbi ad intellectũ. d. §. si ipubes dicit specialiter in illo casu ex cõtractu institoris obligat pupillus: lꝫ intentũ obligatiõis sumat in p sona pupilli ⁊ q̃ dicat pcurator heredis ⁊ dicat gerere noie heredis tꝫ Ang. in dicta diſputatione aſtẽſis miles. vt. s. est dictũ ⁊ p tex. in. l. apud iulianũ. §. ꝯctuꝫ ex q̃b⁹ causis in poſ. eatur. p quẽ tex. Bar. in ea. l. in. §. fi. attentat

16 † q̃ si ex forma statuti in ꝯtu mulieris reqrit cõsensus consanguineorũ q̃ dicta solẽnitas reqrit etiã qñ ꝯhit p pcuratorẽ: lꝫ in ꝯriũ arguat q̃ꝛ nõ d̃r vere ꝯhere sꝫ ficte. Et ideo alias fuit cõsultũ p genitorẽ meũ ⁊ plures alios solẽnes viros in ciuitate senẽ. q̃ si minor facit pcuratorẽ cũ solẽnitate ꝯsanguineorũ reqsita a statuto eadẽ solẽnitas reqrit postea in ꝯtu celebrãdo p pcuratorẽ. si ergo pupill⁹ vr̃ donaſſe. ergo aduersus talẽ donationẽ immoderatã cõpetit restõ vt p̃ꝫ ex no. maxime per

17 Bal. in. l. j. C. si aduersus donationẽ. ¶ Nec ob. q̃ † nõ dicit pupillus vere donaſſe q̃ꝛ etiã aduersus fictũ ꝯtũ cõpetit restõ l. ꝗuis. §. fi. ff. ad velleyanũ. vbi casus ⁊. l. cũ q. ff. de minoribus. ¶ Minusq̃ꝫ obstat q̃ pceſſit ex facto defuncti p no. l. emilius. ff. de mino. ⁊ sic vr̃ q̃ nõ cõpetat restõ qñ illud pcedit qñ nihil est postea gestũ cũ h̃rde secus si aliqd est gestũ. vt in casu nr̃o. vt no. in. d. l. emilius ⁊ no. Bar. ⁊ doc. in. l. cũ filius. §. in hac. ff. de ver. ob. ¶ Confirmat hec opinio q̃ꝛ qñ aliqd mandat fieri vno tpe ⁊ fit alio tpe a pcuratore vel in alio loco cẽset factũ illo tpe ⁊ in loco in quo act⁹ explicat ⁊ nõ qñ mandat. glo. est no. in cle. j. vt lite pen. ergo talis donatio cẽset celebrata post mortẽ

tpe quo erat procurator populi. ⁊ sic fingitur facta noie pupilli. ¶ Cõfirmat hec cõclusio p tex. in. d. §. si ipubes. vbi dicit tex. q̃ pupillus obligat ac si institor fuiſſet ab eo tutore autore ppositus. ergo cẽset noie pupilli pſequi. ⁊ ita q̃ noie pupilli dicat pſequi declarãt Bal. ⁊ Sal. in. d. l. mãdatũ. C. mãdati. al's eñ qñ o pupillus obligaret ex tali gestiõe imediate nisi cũ eo negotiũ diceret geri. l. inter stipulãtẽ. in prin. ff. de v. ob. ¶ Scd̃o moueor q̃ iste pupillus debeat restitui aduersus omiſſam reuocationẽ pcuratoris q̃ facere poterat autore tutore. d. §. si impubes vbi casus. ⁊ si prius adijſſet ⁊ reuocaſſet nõ fuiſſet lesus

18 p dictã donationẽ sicut in simili videm⁹ q̃ † aduersus dilatoriam exceptionẽ omiſſaꝫ restituit. l. de die. §. minori. ff. qui satis. cog. Jtẽ fortius aduersus lucrũ omiſſum. l. nõ oĩ. j. ff. de mino. ⁊ ad hoc poſſent plura similia allegari. ⁊ si dicat lesio cõtingit ex facto defuncti ⁊ pꝑter nõ factũ pupilli heredis. ergo nõ cõpetit restitutio iuxta no. in. d. l. emili⁹. ¶ Ad hoc rñdeo q̃ qñ lesio causat pꝑter factũ d̃functi ⁊ simplr̃ ñ pꝑ factũ h̃rdis minoris tũc hꝫ locũ ꝯriũ. sed qñ causat lesio ex facto defuncti: ⁊ aliquid est gestũ cũ h̃rde tũc cõpetit restitutio. q̃ꝛ non simpliciter causat a nõ facto heredis. ⁊ iõ si ꝯhit mora ex facto defuncti ⁊ ex solo cursu tpis pꝑter nõ solutionẽ heredis non competit restitutio sec⁹ si ex interpellatione heredis q̃ꝛ aliqd gerit cũ h̃rde vt cõcludit Bar. ⁊ doc. in. d. §. in hac. ⁊ glo. in. l. si omilitãtib⁹. C. de test. milit. vñ si in terminis nr̃is ex nõ reuocatiõe causata fuiſſet lesio pcederet argumentũ. sꝫ causata fuit etiam ex nego cio gesto a pcuratore q̃ vr̃ gestũ cũ ipo pupillo. vt. s. declaratũ fuit ⁊ p h̃ bñfacit tex. in. l. etiã ei. ff. de mino. fm intellectũ Bar. vbi dicit q̃ satis ibi vr̃ gestũ cũ minore ex quo minor alienaſſe vr̃ q paſſus est ꝯ se p̃scribi. l. alienatiõis v̂bo. ff. de ver. sig. ⁊ iõ cõpetit restõ in integ. ¶ Postremo lꝫ nõ cõpetat restõ rõne minoris etatis cõpetit rõne iuste ignorãtie qua p̃t excusari p p̃us ignoratũ fuit dictũ mãdatũ put plurimũ iuxta. l. veri⁹. ff. de pb. ⁊. l. q in alterius. ff. de re. iu. ⁊ maxime in pupillo quo casu etiã pꝑter nõ gestũ cõpetit restõ ex clausula gñali si qua iusta cã ⁊c. vt cõcludit Bar. ⁊ doc. in. d. l. cũ fili⁹. ⁊ Bar. in. d. l. emili⁹. ⁊ in l. ad dic. ff. de ver. ob. ⁊ est cõis opi. nõ isisto circa alia dubia q̃ꝛ in eis nulla vertit dubitatio idcirco adhereo cõclusiõi pmorũ cõsulẽtiũ de subscriptione igit reqsitus ⁊c. Laus deo

¶ Disposit⁹ legis ⁊ si trãsferã. ff. de adimẽ. le. extẽdit etiã ad mãdatum procuratoris.

¶ Consilium. cxiiij.

1 ¶ Jnstitutio vel substitutio relata ad duas psonas diſpares in vtrunq̃ꝫ gradum ad vtrãq̃ꝫ eque principaliter refertur ⁊ nõ ordine succeſſiuo.

2 Liberos dictio est nomen collectiuũ. Jtẽ dictio filĳ. nu. 3.

4 Substitutio facta de patre ⁊ filĳs indefinite: an dicat facta ordine succeſſiuo.

5 Fideicõmiſſum expirat si ex substitutis adueniẽte casu fideicõmiſſi aliqui ipsorũ nõ reperiant in rerũ natura.

6 Substituti admittũt ordine succeſſiuo q̃uo hoc intelligatur.

7 Substitutio facta post mortẽ verificat etiam in fideicõmiſſaria adita hereditate.

8 Jnterpretatio in dubio in vltimis volũtatibus fit pro herede.

9 Fideicõmiſſum factũ post mortẽ pluriũ quando dicatur factũ ab vltimo moriente.

Dominus labia mea aperiat ⁊ spiritusſanctus illuminet intellectũ. Suprascripti in signis iuriscõsulti q̃ d̃bo pceptores mei fuerũt q̃bus plurimũ debeo prepositã sibi cõsultationẽ qua arbitror subtilẽ abunde ⁊ subtiliter absoluerũt. ego aũt post terga optimorũ meſſorũ spicas nõnullas colligã. Et in primis arbitror illã cõclusionẽ veriſſimã q̃ Hieronymus ⁊ filĳ ⁊ nepotes pariter ad substitutionẽ admittãtur put est cõis opi. l. l. gallus. §. q̃dã recte. ff. de lib. ⁊ posth. quã tenẽt doc. p cõsulẽtes allegati. Quibus adde q̃ eadẽ tenuerũt Ho. ⁊ do. Ant. in. c. Raynutius de

1 testa. q p illũ tex. vt q̃ † institutio seu substitutio relata ad duas personas diſpares in vtrũq̃ꝫ gradũ ad vtrãq̃ꝫ eque principaliter referẽt ⁊ nõ ordine succeſſiuo. Et idẽ tꝫ ibidẽ do. Abb. Moder. idẽ do. Card. q allegat tex. ⁊ gl. i. c. Raynald⁹. e. ti. idẽ Jo. de imo. idem Pe. anch. etiã in. xiii. q. in qua cõsiderat quod aliqñ testator vtit noie collectiuo ⁊ tũc seruat ordo. l. peto. §. fratrẽ. ff. de leg. ii. Aliqñ ⁊ scd̃o testator vtit diſiunctiua ⁊ tũc ideꝫ l. si cũ pater. §. pe. ff. eod. ti. Aliqñ testator vtit cõiunctiõe copulatiua puta fratrẽ ⁊ filios ⁊ tũc dicit q̃ solus ordo charitatis abstractus ab oĩ ordine debiti naturalis in legatis ⁊ fideicommiſſis nõ hꝫ locũ ordo succeſſionis sꝫ substituti equaliter succedunt. ⁊ ita dicit velle gl. in. d. l. gallus. §. q̃dẽ recte ⁊ intelligẽdũ eſſe tex. in. d. c. Raynuti⁹ ⁊ hãc dicit sibi videri veritatẽ: hãc eãdẽ opinionẽ tꝫ Car. in. c. Raynaldus. in quarta op. ⁊ in. c. reg̃ tisti. in. iiij. no. eo. ti. ¶ Sed q̃ꝛ data veritate huius cõis opinionis reddit multũ clara ꝯsultatio p̃dicta si ostẽdo q̃ vẽdicet sibi

locū in casu nr̄o idcirco aliqualiter circa d̄ fundamētū instabo
ꝛ in primis nō vr̄ dicta opi. adaptari ad casum nostrū. Nam in
casu doctoꝝ decidit qn̄ substituo puta fratrē ꝛ filios. I casu aūt
nr̄o substituit Hieronymū ꝛ filios ꝛ nepotes ꝛ sic vr̄ diuersus
casus cū disgrediatꝛ ad vlteriorē gradū vltra filios. ex diuersis
aūt nō fit illatio. l. fi. ff. de calūniatoribus. Sz nō bz obstare qđ
ostenditꝛ autoritate ꝛ rōne. autoritate. Nā hoc decidit Ang. in
suo. ɔsi. xxxvij. inci. In dei noīe cū instō fit de his dicit eñ Ang.
qđ si sint demōstrati tā primi ꝙ scđi vel vlteriores puta qꝛ est in
stitutus pater ꝛ filius ꝛ sic ponit exēplū de p̄mis ꝛ scđis ꝛ cū er
go Ang. dicit vel vlteriores manifeste apparet qđ idem voluit
Ang. si essent demōstrati vltra filios etiā nepotes ꝛ tn̄ decidit
qđ cēserentꝛ simul vocati p. l. si mulieri. ꝛ l. titio. ff. de vsufr. accre
scēdo. Ratione aūt ostēditꝛ qꝛ qua rōne demōstrato patre ꝛ fi
lus q̄ sunt in gradu dispari ꝛ dispariter ad successionē admitte
rentꝛ. vt in auꝫ. in successiōe. de legi. here. Pari rōne etiā idē di
cendū est si adiunganꝛ nepotes: qđ nō est dare rōnē differētie. l.
illud. ff. ad l. aq. ¶ Sed iterū fortius arguitꝛ. nā si substituo fra
trē ꝛ eius liberos intelligitꝛ facta substō ordine successiuo vt cō
cludit Ang. in cōsi. p̄allegato ꝛ clarius Raph. cu. in. d. §. quidā
2 recte. ꝛ adducitꝛ triplex rō. ¶ Pria. † qꝛ v̄bū liberos est collecti
uum sicut gens familia ꝛ cognatio: ergo sic qn̄ fit substō de co
gnatis vel de familia intelligitꝛ ordine successiuo. l. cū ita lega
tū. §. fi. ff. de leg. ij. ita qn̄ fit de liberis ꝛ ista fuit Ang. qui tn̄ nō
explicat an pater p̄feratꝛ liberis sed tm̄ qđ liberi censentꝛ inuita
ti ordine successiuo sz hoc explicat Cuman⁹ scđa rōne dicēs qđ
sicut liberi cēsentꝛ vocati ordine successiuo. ꝛ sic prior i gradu p̄
ferꝛ liberis vt equalis i oīb⁹ sit determinatio. l. iā hoc iure. ff. de
vul. ꝛ pup. ꝛ ꝑ hanc rōnē ita rn̄di āno p̄terito in ciuitate Ferra
rie vnde placuit reperisse Cumanū q̄ adducit tertiā rōnē. nam
si ita diceremꝰ seq̄retꝛ vnū absurdū ꝙ si frater hz filiū ꝛ nepotez
nepos equalr̄ eēt admittēdus cū auo ꝛ tn̄ nō admitteretꝛ simul
cū p̄re. vn̄ reducēdo ad casuz nr̄z idē dicēdū vr̄ qn̄ qs est substi
3 tutus ꝛ fili⁹ † qꝛ v̄bū filij est collectiuum sicut liberi vt cōcludit
Bar. in. l. re ɔiūcti. de leg. in. ver. ij. p̄ncipaliter q̄ro ꝛ ver. iiij. p̄n
cipalitꝛ q̄ro ergo eodē mō diceꝛ facta substō ordine successiuo.
¶ Sed ad hoc rn̄detꝛ ꝙ hoc est ɔtra casuz in. d. c. Raynuti⁹.
ꝛ in. d. c. Raynal. ꝛ ad arg. rn̄detꝛ qđ nomē liberi est collectiuuz
pluriū ꝑsonaꝝ existētiū in gradib⁹ disparib⁹ ꝛ tūc militāt rō
nes. s. adducte. sz nomē filij est collectiuū pluriū ꝑsonaꝝ existē
tiū in eodē gradu. ꝛ sic nō cadit illa cōsideratio qđ rōne dispa
ritatis grad⁹ inter ipsos cēseatꝛ facta ordine successiuo. ¶ Ex
qua ratione īfero vnā nouā cōclusionē ꝙ si in loco esset statutū
ꝙ masculi deberēt p̄ferri feminis ppꝛ ꝙ i tali fideicōmisso ma
sculi deberēt p̄ferri ꝑ ea q̄ no. Bar. in. l. vt iurisiurādi. §. si liberi.
ff. de ope. libe. ꝛ Bar. in. l. heredes mei. §. cū ita. ff. ad treb. ꝛ Pe.
de anc. in. l. tres fratres. ff. de pac. ꝙ ex quo inter filios esset ordo
in succedēdo ꝛ filij p̄ferrentꝛ filiab⁹ eadē rōne p̄ferretꝛ pater ipsis
filijs. Et ad p̄dicta etiā facit qđ dicit Pau. de cast. in. l. fin. C. de
verbo. sig. vbi dicit per illum tex. se cōsuluisse qđ si testator post
mortē filiorū mandauit fratribus restitui prius dz restitui con
iunctis ex vtroqꝫ latere qui preferūtur per p̄dicta ꝙ tamen nō
firmo qꝛ non est ad rem nostram. ¶ Unde ex predictis non pu
to ꝙ recte senserit scđs cōsulēs cū nō faciat differētiā inter no
men collectiuū. filios ꝛ liberos. ¶ Nec etiā arbitror qđ de iure
4 p̄cedat illud ꝙ in quarta sua cōclusione asserit. s. qđ † qn̄ fit sub
stitutio de patre ꝛ filijs indefinite non sentiendo de certis filijs
intelligatꝛ facta ordine successiuo argumento. l. lucius. ff. de he
re. insti. ꝛ l. titia seyo. §. seya. ff. de leg. ij. fm̄ ꝙ cōcludit Bald. in
suo cōsilio ꝙ icipit charissimi. Quā opinionē in casu nostro cō
probo per tex. quē subtiliter induco. in. d. l. cū ita. §. fi. ff. de lega.
j. vbi p̄batꝛ ꝙ qn̄ aliquis expresse nominatur ꝛ alij sub nomine
collectiuo qđ expresse noīatus p̄ferꝛ alijs noīatis sub nomine
collectiuo. ergo cū fuerit Hieronymus expresse noīatus ꝛ filij
ꝛ nepotes collectiue vr̄ ꝙ Hieronymus p̄us debuisset admitti
quā filij aut nepotes. ¶ Sed his nō obstātibus ɔtrium est verū
ꝛ cōtra Bal. ¶ Primo adduco casuz in terminis in. d. c. Ray
nutius. vbi substituta fuit alterocha ꝛ soboles quam gestabat
in vtero poterat autez habere plures ꝛ pauciores filios in vte
ro vt dicit Host. ad hoc. l. antiq. ff. si pars here. petatur. ꝛ l. si pa
ter. ff. de solu. ꝛ sic ptꝫ ꝙ nō cenſit de certis filijs sed incertis ꝛ
tamen admittuntꝛ simul cū matre ꝛ ꝑ illū tex. etiā cōfunditꝛ rō.
s. adducta ꝑ Bal. cū ibi fuerit expresse noīata alterocha. ꝛ so
boles collectiue. ¶ Scđo contra Bal. est casus in. d. c. Raynal
dus vbi fuit facta substitutio de patruis ꝛ eorum filijs ꝛ sic in
determinate nō sentiēdo de certis ꝛ tn̄ filij admittuntur simul
etiā cū patruis ꝛ hoc est ppter virtutem copule, ꝛ que posita
inter personas de ꝓprietate sermonis simul illas cōiungit no. l.
j. §. his ita. §. de cadu. tollē. ꝛ l. si titio. ff. de vsufru. accrescendo.
alꝫ enim potius videreꝛ qđ ordo charitatis debuisset attendi

inter expresse noīatos ꝛ certos qꝛ qn̄ fit expressa noīatio prius
nominati censeꝛ p̄dilecti. l. quoties. ff. de vsufru. Itē qꝛ circa in
certos nō cadit affectio per id qđ habeꝛ in. l. qui filiab⁹. ff. de le.
j. ꝛ in. l. si cognatis. ff. de reb⁹ dubijs. ergo nō pōt cadere ordo af
fectionis qꝛ nō entis non est dare ordinē ipsius. ¶ Et ad text.
quē supra ꝓ opinione Bal. induxi ꝛ rn̄deo qđ aliqn̄ aliqs substi
tutus exp̄sse ꝛ alij collectiue inter quos non cadit ordo successio
nis ꝛ tūc isti ppter copulā ꝛ simul admittunꝛ. ꝛ ita p̄cedat tex.
in. d. c. Raynutius. Aliqn̄ qs vocaꝛ exp̄sse ꝛ plures indeffinite
collectiue inter quos est disparitas gradus ꝛ cadit ordo natu
ralis affectiōis successionis: ꝛ tūc qꝛ inter eos succedunt ordine
successiuo ita primo noiatus q̄ est prior in ordine preferturꝛ illis
saltē ea affectiōe qꝛ primo est noiatus: ꝛ ita p̄cedit tex. in. d. l. cū
ita. §. fi. ff. de leg. j. ꝛ ꝓ certo ɔ̄ Bal. cōis mēs olim qui semꝑ lo
quunꝛ qn̄ quis substituit fratrē ꝛ filios indeterminate: vn̄ pro
pter dictū cōsiliū nō puto a dicta opinione recedēdū ex qb⁹ vi
deꝛ mihi qđ defensata sit cōis opinio etiā in casu nr̄o. ¶ Et si
dicaꝛ ꝓut dicit scđs ɔsultor cū Hieronymus esset tenere etatis
quo casu potuit testator verisimiliter cogitare qđ ipse ꝛ ei⁹ filij
ꝛ nepotes simul deberēt admitti. Rn̄deo mentē testatoris fuis
se qđ cū in euentū cōditiōis post mortē filioꝝ fuerit facta substi
tutio qđ Hieronymus ꝛ illi filij ꝛ nepotes vel ipsorum alteri q
tūc essent in rerū natura simul admitterentur ad dictū fideicō
missum. vn̄ nō tollit cōem opinionē dicta cōsideratio sed bn̄ vr̄
multū obstare illi cōsideratiōi qđ intelligatꝛ de filijs ꝛ nepotib⁹
natis saltē tp̄e mortis testatoris ꝑ ea q̄ habenꝛ in. l. si cognatis.
ff. de reb. du. ꝛ l. d. l. cū ita. §. fi. qꝛ nō vr̄ qđ testātor potuerit hoc ve
risimiliter sentire disgrediēdo ad tot gradus: vnde mēs testato
ris vr̄ esse in ɔtrariū ꝛ cōsequēter dubiū vr̄ fundamētū. d. l. si co
gnatis cū simi. per ea q̄ ibi ponit Bar. dn̄ allegat. l. q filiabus.
ff. de. leg. j. sz hoc qꝛ plene discussum ꝑ scđm cōsultorē nō prose
quor. ¶ Arbitror ergo fundamētū solidū esse qđ simul fuerint
substituti. ꝛ tūc bn̄ succedit elegās decisio Jo. an. in rubr. de te
5 sta. in addi. ad Spe. vbi vult qđ † ex quo tp̄e mortis filiorū quo
filij Hieronymi ꝛ nepotes erāt vocati ad fideicōmissuz nō essent
in rerū natura quo ad eos fideicōmissuz expirauit: ꝛ est v̄a de
cisio quā et pulchre cōprobat scđs ɔsultor. Illā etiā refert ꝛ seq
tur Lu. ro. in suo ɔsi. cccxxviij. incip. Omnipotētis dei. In ca
su cōsultatiōis p̄sentis in quarto dubio vbi plura ad ꝓpositum
dicit q̄ breuitatis cā nō refero. ꝛ hec iudicio meo intelligētibus
sufficerēt. ¶ Sz posito qđ iudici placeret alia opinio qđ substi
tutio cēseretur facta ordine successiuo adhuc dico qđ dicti filij
Hieronymi fuerūt a fideicōmisso exclusi ꝛ ꝑ declaratione ɔside
6 ro: nā prout dicit Pau. de ca. in. d. §. qdā recte qđ † ordine succes
siuo admittanꝛ pōt dupliciter intelligi. p̄mo qđ filio nō existēte
seu fratre vel repudiāte ei⁹ filij admittanꝛ sz filio seu fratre exi
stēte ꝛ acceptāte in totū expiret instō fcā de fratre ꝛ filijs: ꝛ ita
intellexit gl. ꝛ etiā Bar. fm̄ Pau. de ca. ꝛ hoc mō itelligēdo res
esset decisa qꝛ cū fideicōmissum fuerit a Hieronymo acceptatū
suꝑ existente quo ad filios ꝛ nepotes dꝫ expirasse. ¶ Scđo mō
pōt intelligi qđ fratre admisso si demū mortuo veniāt filij ꝛ sic
frater cēseaꝛ rogatus de restituēdo filijs suis ꝛ hūc modū intel
ligēdi seq̄tꝛ do. Pau. de ca. dicēs qđ sepe de facto contingit ꝛ
qđ doc. nō declarēt. ꝛ idē voluit Pau. de ca. in. d. l. gall⁹. §. etiā
si parēte eo. ti. ꝛ tenēdo hāc ꝑtē filij Hieronymi fouerūt iusticiā
ex quo tp̄e mortis Hieronymi quo erāt vocati essent in rerū na
tura ꝑ tex. ꝛ q̄ ibi habeꝛ in. l. cū p̄r. §. hereditatē. ff. de le. ij. ꝛ per
Jo. an. in p̄allegata addi. ꝛ Lu. ro. in p̄allegato ɔsi. cccxxviij.
sz scđs cōsulēs impugnare conaꝛ Pau. de ca. cui⁹ rōnes p̄ūge
bat in casu in quo loquiꝛ Pau. de ca. ꝓut etiā illū ipugnat insi
gnis p̄ceptor meus do. Fr. a. are. i. d. §. qdā recte. nā loquiꝛ Pau.
de ca. qn̄ qs instituit fratrē ꝛ liberos ꝛ filios quo casu nō vr̄ qđ
Pau. de ca. possit verū dicere qꝛ substō facta ꝑ v̄bū directū ciui
ꝓut est v̄bum instituo cū a p̄ncipio potuerit valere iure directo
nō vr̄ qđ obliquari possit. l. in substōne. ꝛ l. v̄bis ciuilibus. ff. de
vul. ꝛ pu. ¶ Scđo ꝛ forti⁹ si dictū fuisset substituo idē eēt qꝛ ver
bū substituo nō importat fideicōmissum sz solū vulgarez vt est
casus cū gl. in. d. l. gallus. §. qdam recte. ff. de lib. ꝛ posth. ꝛ ponit
Bar. in. l. cēturio. ff. de vulg. ꝛ pupil. ꝛ iste sunt rōnes Aretini.
Adducit etiā p̄fatus consulēs substō et si esset dubia interpre
tari deberet directa potius ꝙ fideicōmissa. l. si. cum ibi no. C. de
here. insti. cum ibi not. ¶ Sz iste rōnes nō militant in casu nr̄o:
qm̄ substō fuit cōpēdiosa cū fuerit facta post mortē filiarū ꝛ fi
7 lioꝝ si nascerenꝛ. oīs † aūt substō fcā post mortē verificaꝛ etiā in
fideicōmissaria post aditā h̄ r̄ditatē vt est gl. quā ibi pōderat ra
pha. fulg. ꝛ sequunꝛ Mod. in. l. i testō. C. de testō mili. ꝛ sequitur
ibi Pau. de cast. ꝛ Moder. ꝛ Pau. de cast. in. l. precibus. C. de
impu. ꝛ alijs substi. Itē dicta substō fuit facta si sine filijs dece
derent q̄ etiā casu cōprehenditꝛ fideicōmissaria vt est casus in. c.
Ray. extra de testamentis. ꝛ in. c. si pater de testamentis in. vj. ꝛ

no.in.d.l.precibus.z Bar.z doctores in.d.l.centurio.qua ergo ratione Hieronimus fuit etiã vocatus per fideicõmissum z in casu nostro fuit admissus eadẽ rõne nõ videbat absurdum qđ alij admitterent.põt eñ fideicõmissaria substitutio tacite fieri z p cõiecturas.l.cũ ppõneret.ff.de le.ij.cũ ibi not.z qđ dł Pau.de ca.per illã.l.in.l.pe.C.de impu.z alijs sub.vñ in casu nr̃o sumus extra casum Bar.z Pau.de ca.z doc.impugnantiũ.z qđ opi.Pau.de ca.possit verificari in casu nr̃o vr̃ pbari autoritate z rõne.autoritate,nã insignis doctor do.Pe.de anch.in suo consil.xxvij.incip.in xp̃i noĩe nõ seruato ordine dubiorũ in quo per multa concludit qđ substitutio facta de duobus antiquioribus de domo verificat in primis z eis deficientibus in sequentibus.z sic de gradu in gradũ p.d.l.cũ ita.§.fin.z alia plura de quib⁹ ibi per eũ z illud cõsiliũ refert z sequit Lu.ro.in.d.consi.cccc xxxviij.Alter alteri vr̃ substitut⁹.casus est in.d.l.cũ ita.§.fi.z in.d.l.peto.§.fratre.z vtrobiq̃ no.z maxime per Pau.de ca.in.d.§.fi.ergo si fatemur qđ in casu nr̃o isti vocẽtur ordine successiuo sequit qđ etiã vno admisso z mortuo alij admittuntur. ❡ Sz ad oĩa ista rñdetur qđ pcedãt qñ fit substitutio de familia vel agnatiõe collectiue q2 ex quo vr̃ esse intẽtio testatoris q̃ bona remanẽt in familia idcirco censent substituti ordie successiuo.z ita loqur.d.§.fi.z d.l.peto.in.§.fratre.sec⁹ qñ plures ordine successiuo sunt vocati per copulã.z,vt in casu nr̃o ita i terminis decidit do.Raph.cu.in.d.§.quidã recte.z dicit se ita cõsuluisse simul cũ dño Raph.Ful.z loquit punctualiter qñ plures sint vocati per fideicõmissariã vt intelligantur vocati sʒ primum modũ intelligendi de quo.s̃.per Pau.de ca. z lʒ obscure loquat:tñ ex eius verbis sumit pma rõ q2 sicut in terminis tex.gl.z Bar.in.d.§.quidã recte filius z nepos intelligunt substituti ordine successiuo.l.vt nepos intelligat vocatus in defectũ filij sʒ filio admisso expiret substitutio quo ad nepotẽ ita z in casu nostro z ista fuit pro certo mens Bar.z doc.tenẽtiũ hanc ptẽ.Nã cũ Bar.loquut⁹ fuit qđ vbi dat necessitas succedũt ordine successiuo z subdit Bar.idẽ esse vbi est ordo charitatis:ergo dat intelligi quod de eodẽ ordine successiuo loquit z in eodẽ mõ intelligẽdi sunt alij doc.q2 precedẽtia in sequẽtib⁹ repetita intelligunt.l.si stipulat⁹.§.grisogon⁹ in.l.titia.§.idẽ rñdit.ff.de ver.ob.z q2 pcedẽtia declarãt sequẽtia.l.q filiab⁹.in.pñ.ff.de leg.j. ❡ Scđa rõ sumit quod ista substitutio respectu testatoris est cõpendiosa:sed respectu filiorũ quo ad fratrẽ dicit vulgaris quasi dicat quod admittunt:ita demũ si frater non admittet sicut est de natura vulgaris.l.post aditã.C.de impu.z dicit hec poti⁹ similitudinaria loqutio q̃ ppria. ❡ Tertia rõ sumitur q2 si vera esset ꝯtra opi.Hieronymus censeret substitut⁹ cõpendiose.Sed testatori eius filij z nepotes dicerentur substituti z testatori in defectũ Hieronymi.z Hieronymo post ei⁹ mortẽ ipso admisso qđ verba quoquomõ nõ patiũtur:ergo non est dicendũ.l.si seruũ.§.nõ dixit pretor.ff.de acq.here.l.si vero.§.de viro.ff.so.ma. ❡ Quarto allegat tex.z ibi no.per Bart.in.l.lutius.ff.de here.insti.vbi testator cẽset pferre pmo fratrẽ scđo filios fratris z tñ illud intelligit ita demũ si frater nõ erit heres. ❡ Quinto hãc opinionem ego confirmo.Nam fundamentũ Bart.z doc.est q2 qñ est ordo charitatis respectu successionis coniuncta resoluit in disiunctam z sic est.ac si fuisset substitutus Hieronymus vel filij vel nepotes arg.l.generaliter.C.de insti.z subsñ.sub cõdi.fac.Sed clarũ est quod vbi fideicõmissum fuisset dicto mõ factũ lʒ cẽserent vocati ordine successiuo tñ intelligantur vocati filij si Hieronymus nõ admitteret z sic in defectũ nõ aũt postq̃ fuisset admissus vt videt esse de intentiõe tex.in.l.cũ puter.§.pe.ff.de le.ij.z in.l.heredes mei.§.fi.ff.ad trebel.z probat hoc rõne q2 ad veritatẽ disiunctiue sufficit alterã partẽ esse verã.l.si is qui ducenta.§.vtrũ.ff.de re.dub.l.si heredi plures.ff.de cõdi.z demõ.ergo satis est alterũ admitti vel Hieronymũ vel filios vel nepotes z est demõstratio cõcludẽs z manifesta iudicio meo ni fallor.Ex quibus cõcludo qđ cũ in persona Hieronymi fideicommissum habuerit effectum expirauit quo ad filios z nepotes.Nec hʒ obstare quod filij sunt positi in conditiõe q2 vt opportune.s̃.cõclusuʒ est nõ tñ p hoc censent ad fideicõmissum inuitati put voluit gl.cõiter approbata in.l.luti⁹.ff.de hered.insti.z.s̃.plenissime in cõsilijs est deductũ. ❡ Quintimo considero ex quo fuerũt positi in cõditione etiã filij Hieronymi z filij filiorũ qui censeant poni ad exclusionẽ substituti vt in.d.l.luti⁹ in fi.vbi casus,dat intelligi manifeste quod nõ erãt substituti:q2 si fuissent substituti post mortẽ Hieronymi iaʒ admissi satis erant ad exclusionẽ posito qđ nõ fuissent positi in cõditione ad hoc vt verba aliquid operẽtur iuxta.l.si qñ.ff.de le.j.z.c.si papa.de priuil.in.vj.dicam⁹ quod cũ nõ essent substituti voluit ipsos ponere in cõditiõe ad exclusionẽ substituti quasi noluerit grauare substitutũ qui tũc reperiretur onere fideicommissi.Ul̃ñ ex pmissis negari nõ pt rẽ ad min⁹ nõ fore dubiã.l du

8 biis:† aũt regulariter in vltimis voluntatibus fit interpretatio pro herede contra fideicõmissarium.l.apud iulianũ.§.sexo.ff.de leg.j.facit.l.titia.§.qui in vita.ff.de leg.ij.z no.Lu.ro.in.l.a titio.ff.de ver.ob. ❡ Sed iterũ possit quis dicere q̃ vltima verba testamenti ostendũt filios z nepotes fuisse substitutos dũ in eo dł.z post mortẽ oĩum suorũ heredũ institutorũ.z substitutoruʒ.z ostẽdit q̃ oẽs erãt substituti.Precedẽtia aũt p sequẽtia z ecõtra declarant.l.qui filiab⁹.in prin.z.l.si seruus plurĩũ in fi.ff.de leg.j.Sʒ ad hoc ar.facilis est respõsio qđ verũ est dicere qđ oẽs predicti filij z nepotes poterãt dici substituti vel tenẽdo qđ essent simul vocati vel etiã ordine successiuo fm qđ supra declaratũ z cõclusum est:z sic verificari possunt illa verba:vñ non probat hoc esse zc.l.nõ hoc.C.vñ cognati.z pʒ hoc q2 dicta verba referunt ad institutionẽ z substõnes supiores.ergo fm illas debẽt itelligi.l.si ita scripsero cũ ibi plene no.ff.de cõdi.z de. ❡ Ultimo loco restat vn⁹ scrupul⁹ q2 filij nõ solũ fuerũt positi in cõditiõe.sed etiã post mortẽ oĩuʒ fuit tertia psona substituta in oĩ

9 bus bonis:ergo vident inuicẽ substituti.nã † fideicõmissum factũ post mortẽ pluriũ vr̃ factũ ab vltio moriẽte:ita vr̃ casus quẽ ibi ita sumat Bar.in.l.codicillis.in prin.ff.vsufr.leg.sʒ qñ post mortẽ pluriũ fit nota hereditate ab vltimo moriente illi vident inuicẽ substituti vt est casus singularis in.l.titia sexo.§.sexa.ff.de leg.ij.igit zc.z hãc opinionẽ in fortiorib⁹ terminis tʒ Paul.de ca.in.l.pe.C.de impu.z alijs substi.z in.d.§.sexa.z in suo cõsilio.cccliij.incipiẽte in xp̃i noĩe duo vidẽda sunt.faciũt not.per Imo.in.l.heredes mei.§.cũ ita.in.iiij.col.ver.Itẽ in.d.l.pe.ff.ad treb.z fm hanc opinionẽ in terminis nr̃is cõsuluit Pe.de anc.cõsil.lxxiiij.incipit.i xp̃i noĩe cõtra Philippũ. ❡ Et lʒ ex dictis p primos cõsulẽtes fuerit plusq̃ opportune rñsum tñ breuibus respõdẽdo cõcludo:q̃ aliqñ plures sunt instituti qđ est forti⁹ z post mortẽ oĩum.alter est simplr̃ substitut⁹ z nõ est dictũ in tota hereditate.z tũc no vident inuicẽ substituti.vt est tex.in.l.pr̃ filiã.§.fi.iuncta gl.pe.z ibi Ang.z Imo.ff.ad.l.fal.tenẽt Ang.z Imo.in.l.qui duos eo.tit.z Pau.de ca.in.l.q duos eo.tit.z.l.heredes mei.§.cũ ita.ff.ad tre.z hic non est casus nr̃ q2 fcã fuit substõ in tota hereditate. ❡ Aliqñ substõ z scđo fit ab vltio moriẽte expsse nõ tñ in tota hereditate sʒ simplr̃ z tũc nõ cẽset fieri in tota hereditate sed tñ in pte vltimi moriẽtis z sic nõ inducit tacitũ fideicõmissum inter institutos vt voluit Bar.i.l.vel l singulis.ff.de vul.z pup.z Bal.z Imo.in.d.§.sexa.z Pau.de ca.in.d.l.si pr̃ impu.z hic etiã nõ est casus nr̃ q2 nec vltimo moriẽs fuit expsse rogatus nec fuit facta in tota hr̃ditate. ❡ Aliqñ et tertio fit substõ in tota hr̃ditate nõ tñ fit specie ab vltio moriente sʒ simplr̃ z tũc nõ censet fieri ab vltimo:nec inducit reciprocũ fideicõmissum.Casus est clarus in.l.fi.§.filiã.ff.de leg.ij.z voluit Bar.in.l.codicillis.ff.de vsufr.leg.z in.d.l.hr̃des mei.§.cuʒ ita.z Dy.z Bar.in.d.§.sexa.dũ voluĩt q̃ ille tex.pcedat q2 nouissim⁹ specifice fuit rogatus.z hic magis adheret casui nr̃o in quo fuit facta substõ in tota hr̃ditate nõ tñ fuit grauatus nouissimus immo qđ forti⁹ est fuit grauat⁹ prim⁹.s.Hieronym⁹. ❡ Aliqñ z quarto post mortẽ pluriũ nouissimus grauat in tota hereditate z tũc inducit reciprocũ fideicõmissum.z iste casus singularis in.d.§.sexa.vt eradit ibi.z in locis.s̃.allegatis.z in.l.pe.C.de impu.z alijs substi.z fm pdictas cõsideratiões post lõgam descriptionẽ anno preterito ferrarie in cõsilio iusticie vbi sunt viri doctissimi in magna causa obtinui.q̃ tamẽ pcedũt qñ substõ fit post mortẽ pluriũ institutorum,secus qñ post mortem pluriũ positorũ in cõditione q2 tũc nõ pcedunt dubitationes pdicte sed est casus magis clarus vt notabiliter declarat Io.de Imo.in.d.l.centurio.z.s̃.retulit secũdus cõsulẽs.z ita est casus nr̃.vñ ex oĩbus fit cõclusio qđ dicti filij Hieronymi nõ veniũt vt substituti dicto Hieronymo. Laus deo omnipotẽti zc.

❡ Consiliũ m.cxv.

1. ❡ Renunciatio iuris de futuro an z quando valeat.
2. Donare phibitus prohibetur gratis remittere.
3. Consensus prestitus ad actum an donec actus stat in pendenti possit reuocari.
4. Filius qui donat rem patris causa mortis patre consentiente potest talem donationem reuocare.
5. Statutum excludens feminas propter masculos licet concernat publicam vtilitatem:tamen tali statuto potest renunciare masculus.
6. Renunciatio iuris de futuro parte presente tenet saltem inuita pacti.
7. Attestans de sui presentia videtur attestari de intelligentia.
8. Maritus potest renunciare z sic donare vxori lucrum sibi quesitum.
9. Donatio facta per virum vxori de re que apud eam remanere non debet valet.
10. Mutatio voluntatis per quem impediatur.

DOminus labia mea aperiat. & spiritussanctus illuminet intellectū. Uiso testamento dñe Mariane & licentia & cōsensu prestitis eidem per Jo. eius virū & renūciatiōe iuriū dicti Jo. & reuocatione demū sequuta per dictū Jo. facta de licētia & cōsensu per eū prestitis queritur nūquid stantib⁹ pdictis dicta dña Mariana potuerit testari de tota sua dote adeo q in effectu dictus Jo. eius vir nō possit retinere dimidiam dicte dotis fm formaz statutorū ciuitatis Senarū in qua dubitatione prima facie videbatur dicendū qd dictus Jo. posset retinere dictā dimidiā dotis ex forma statuti nō obstante cōsensu licentia & renūciatione de qbus .s. ¶ Primo q₂ dict⁹ Jo. renūciauit iuri sibi cōpetenti ad dimidiā dotis post mortē vxoris si vxor pdecederet & consequenter iuri de futuro. iuri aūt de futuro renūciari nō pōt. l. qui pater. §. qd qs. ff. de re. iu. l. j. §. decretalis. ff. de succes. edicto. & notant glos. & doc. l. l. j. C. de pac. & est et iā rō q₂ renūciatio est qdā priuatio q supponit habitū de pñti. vt l. l. decē. ff. de ver. ob. & in c. ad dissoluendū. extra de despō. impu. qui habit⁹ nō est in iure qd est in spe. de futuro intelligēdo etiā de spe. rationabili habēte fundamētū de pñti vt. s. in casu. d. l. j. C. de pactis put ibi declarant Moder. videm⁹ etiā q iuri conditionali non potest renūciari. l. si ita scriptū. §. si sub condi. ff. de le. ij. put est ius portionis debite marito sub conditione si vxor pdecedebat. probatur

1 etiā hoc q₂ specialia est in iudicijs q† valeat talis renūciatio iuris de futuro. vt est gl. in. l. j. de cura. bono. dan. & est gl. & ibi declarat Bart. in. l. postq̄ liti. C. de pac. & notant plene doctores maxime Mod. post gl. in. l. in pluriū de acqui. here. ergo in ꝯtrariū est ius cōe. l. ius singulare. ff. de legibus. l. j. in fi. ff. ad municipa. ¶ Scdo principaliter dicta cōclusio vr̄ pbari. Nā dicta renunciatio gratis facta dr̄ esse donatio vt habet in. l. in edib⁹. §. j. ff. de dona. & p doc. in. l. modestin⁹. e. ti. & habet in. l. si quis dele

2 gauerit. ff. de dona. vñ dicim⁹ † q ille q phibet donare phibet etiā gratis remittere vt ꝯcludit Bal. & seq̄ Bar. de Saly. l. l. j. C. de pac. allegādo no. l. l. pñces. & l. l. de fideicōmisso. C. de trāsac. & quod no. Bar. in. l. si fraudator. ff. de his q in frau. cre. & Bald. in suo consilio quod incipit. In dei nomine certū est quod filia. & tex. & dñs Abb. & in. c. veniens. el. j. extra de testib⁹. ergo dict⁹ Jo. renunciando lucro statuti quod erat in spe dicit talem spē lucri donasse cū donatio etiā cadat in iure quod cōsistit in spe. C. de dona. sz clarū est quod dona. inter vir. & vxo. non valet vt in. l. j. ij. & iij. & per totū. ff. de dona. inter vir. & vxo. nisi confirmet morte donantis pcedente tñ traditione rei donate. vt in . l. papinian⁹. ff. de do. inter virū & vxo. & in. l. pe. C. e. ti. Cū ergo in casu nostro pdecessit donataria nec aliqua precesserit traditio rei donate vera vel ficta videt quod dicta donatio remaneat nulla. ¶ Tertio predicta conclusio videtur confirmari. Nam dict⁹ Jo. reuocauit consensum & licentiaz prestitam anteq̄ dicta do

3 mina Mariana moreret † vñ cū testamētū adhuc non esset sortitum effectū sz esset in pendenti. vt. l. iij. in fi. ff. de adimen. leg. in sti. quibus mo. testamentū infirmat. §. posteriore. & l. si qs in pn. testamenti. ff. de leg. iij. vr̄ quod dictus Jo. potuerit suū consensum & suam licentiam reuocare q₂ eius est velle qui pōt nolle et econtra vt in regula iuris cui⁹ est velle. ff. de reg. iur. & hoc vr̄ pbari ex his que ponit Bar. in. l. ij. in princ. ff. de do. ver. iiij. solet

4 formari questio vbi si filius † donat cā mortis rem patris consentiente pōt talē donationē reuocari. ar. l. in edib⁹. §. quod si filius primo rñso. ff. de dona. & hoc idē voluit Cy. post Dy. in. l. nec fratris. C. de do. cā mortis & Jo. and. in addi. Spe. in tit. de instr. edicto. §. porro circa principiū in addi. q incipit incidit qd pillei & Bal. & Moder. in. l. seniū. C. qui testa. facere possunt: ergo eodem modo cū vxor testata fuerit de re pertinente ad maritū in spe videt qd dictus maritus possit dictā dispositionē reuocare cū inter vir. & vxo. nō teneat dona. & sic non potest fingi virum vxori donasse saltem efficaciter put inter patrē & filiū. vt. s. in simili considerant Dy. & Cy. & in. d. l. nec fratris. & Bart. in d. l. ij. & Bal. in. d. l. seniū. & his hec qd dubia reddi videbat contra heredes dñe Mariane in fauorem Joānis. ¶ His tñ non obstantibus contrariā sententiam veriorem existimo & pro fundamento premitto quod heredes dñe Mariane ad dotē exigēdam habent fundatā intentionem instr̄o dotali & etiam de iure cōi fm qd hr̄ in. l. vnica. §. ex actio. C. de rei vxo. acti. Itē pmitto quod lucro dicte medietatis dotis qd debet viro ex forma statutorū potuit dict⁹ Jo. renūciare. nā siue dicamus dictū statutū disponēs de dicto lucro fuisse factū mere in fauorē maritorū ppter onera matrimonij iuxta no. in. l. si donatur⁹. ff. de cō di. ob cām & late declarat Bart. de Saly. in. l. cū te. C. de dona. ante nup. & do. Abb. in. c. ij. loco. de presump. & in. c. ex publico. extra de conuer. coniuga. & in suo eleganti consi. j. quod incipit facti contingentia tali iuri inducto in fauorem suū dictus Jo.

renūciare potuit per regulas cōes que habent in. l. si quis in cōscribēdo. C. de epis. & cle. C. de pac. & in. c. si diligēti de foro compe. siue dicamus quodcunqz statutū fuerit etiā edictū etiam in fauorē publicū vt viri facili⁹ inducerent ad mr̄imonia cōtrahenda per ea que habent in. l. j. ff. so. ma. vbi vz qd in hoc vertit publicū interesse & tūc dicere debem⁹ statutū fuisse editū in fauorem priuatū principalr̄: secūdario vero in fauorē publicū q₂ lex in dubio que respicit solū cōmodū pecuniariuz & patrimoniale priuati principalr̄ dicit respicere fauorē priuati secūdario publicū. casus est clarus. & ibi hoc tz Bar. in. l. ij. in fi. ff. ad municipales. & idē expresse sentit Bar. in. l. j. ff. so. ma. facit in arg. tex. & qd ibi no. Bar. in. l. j. in fi. ff. de lib. lega. & tūc etiā potuit renūciare cū tñ per talēz renūciationē piudicauerit sibi in suo cōmodo pecuniario in pr̄imoniali nec ius publicū aliquo lederet vt cōcludunt Bart. & Bal. & alij in. d. l. si quis in conscribendo. C. de pac. & canoniste. cōiter in. c. si diligēti. extra de foro cōpe. ¶ Cō

5 firmat hoc † nam statuta municipalia excludentia feminas propter masculos dicunt etiā concernere publicam vtilitatem saltem secūdario vt pbat Jo. an. post Ja. de are. i addi. spe. i rub. de succes. ab intesta. circa principiū. & Bal. in. l. maximū vicium. C. de li. pte. & tñ mascul⁹ pōt tali statuto renūciare vt decidit in terminis Bal. in. d. l. maximū vicium in. vij. co. ver. sed pone frater. & sic si valuit renūciatio potuit vxor disponere de tota dote nec potest dictus Jo. maritus aliqd petere vigore dicti statuti cui renunciauit put. j. etiā clare pbabit. ¶ Solū ergo restat rñdere ad rationes in contrariū allegatas. & ad primā rōnem rñ

